Digitized by Google

6
1-c M
13

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 B
41

G. - 1. c. 13.

B.1.45

6-1-c.13

INSTITVTIONES LINGVÆ HEBRAICÆ EX OPTIMO QVOQVE AVCTORE COLLECTAE;

ET AD QVANTAM MAXIMAM Fieri potuit breuitatem, perſpicuitatem, atque ordinem reuocatæ,

A ROBERTO BELLARMINO SOCIETATIS IESV.

IHS

ROMAE,

Apud Franciſcum Zanettum. 1578.

Cum Licentia Superiorum.

ROMA
VITTORIO EMANUELE

ADMONITIO AD LECTOREM.

HAS noſtras inſtitutiones ad eam ratione͂, ac uiam redigere conati ſumus; ut etiam ſine præceptore unuſquiſq; per ſe linguæ Hebraicæ, ſi nõ perfectam cognitionem, certe initia, & rudime͂ta percipere poſſet. Quia uero nonnulla in ijs, uel non ſine ratione & conſilio a nobis poſita ſunt, uel humano errore inter excudendum irrepſerunt; quæ tuum in legendo curſum facile impedirent, aut certe retardare͂t; de ijs te paucis admonendum putauimus. Primum igitur ubicunq; repereris aliqua minutioribus literis impreſſa, ſcito ea cum minus neceſſaria, tu͂ magis difficilia eſſe, quam ut a tyronibus initio legi oporteat: quæ tamen, cæteris

antea perlectis, ſine labore ullo intelligentur.

Deinde pag. 3. li. 22. pro vexu, lege, veru
pag. 14. li. 23. pro מַשִׁיחַ lege מָשִׁיחַ
pag. 15. li. 10. in voce אֱלֹהַ deeſt mappic quod typorũ penuria omittere coëgit. itaq; calamo adſcribendũ erit.
ibid. li. 21. pro שִׁבָּא lege שְׁבָא
pag. 17. li. 4. pro יִלְמְדוּ lege יְלַמְּדוּ
ibid. li. 12. pro יְבַךְ lege יְבַךְ
pag. 18. li. 7. pro ſonet, lege ſonat.
pag. 26. deſunt accentus fere omnes. ꝙ eorum typos inter excudendum inuenire non potuerimus.
pag. 30. li. 12. ꝑ teminãtur lege terminant.
pag. 45. li. vlt. pro ſceundã lege, ſecundã
pag. 52. li. 9. pro הֹרֶשׁ lege חֹרֶשׁ
pag. 68. li. 6. pro פִּתַח lege, פְּתַח
pag. 72. li. 5. pro פִּלֵג lege פֶּלֶג
pag. 77. li. 3. pro הִלְמַדְתִּי lege הֻלְמַדְתִּי
pag. 83. li. 18. pro נִסַּב lege נָסַב
pag. 85. li. penult. pro וַיִּתֵּם lege וַיִּהֵם
pag. 88. verba illa (Quieſcentium verborum, &c. vſque ad tabulas coniugationis

gationis

gationis Niphal) non ſunt poſita ſuo loco debuerũt enim poni ante ipſum Kal verborum quieſcentium Aijn vau.

pag. 89. li. 13. pro נְבוּנוֹתִי lege נְבוּנוֹתִי

pag. 95. li. 1. pro מַגְלוֹת lege מַגְלוֹת & dele daghes ex litera ג in toto Hiphil.

pag. 97. li, 17. pro גָּלֹה lege גָלֹה

pag. 98. li. 1. pro וַיִּחַן lege וַיִחַן

pag. 113. li. 3. pro יִפְקְדֵהוּ lege יִפְקְדֵהוּ

& li. 5. pro יִפְקְדֵךְ lege יִפְקְדֵךְ

pag. 116. li. 22. pro עַט lege מְעַט

pag. 117. 12 pro ſuſcipiãt, lege, ſuſcipiũt

pag. 132. 12. pro עֲרוֹךְ lege עֲרוֹךְ

pag. 136. 14. pro lutam, lege tritam.

pag. 138. 21. pro, ut his, lege ut in his.

INDEX CAPITVM.

Partis primæ quæ eſt de ratione legendi, & ſcribendi

Cap. 1. De literis conſonantibus pag. 1
Cap. 2. De punctis, quæ locum obtinent uocalium pag. 9
Cap. 3. De ſemipunctis, id eſt, de ſceua, & punctis raptis. pag. 15
Cap. 4. De daghes, & Raphe pag 19
Cap. 5 De literis quieſcentibus pag 22
Cap. 6. De accentibus pag. 24

Partis ſecundæ, quæ eſt de Nomine

Cap. 1. De iis, quæ nomini generaliter accidunt pag. 29
Cap. 2. De uariis nominũ formis pag. 33
Cap. 3. De nominib' numeralib. pag. 37
Cap. 4. De pronomine pag. 40
Cap. 5. De mutatione punctorũ pag. 43

Partis tertiæ, quæ eſt de Verbo

Cap. 1. De uerbo in genere pag. 53
Cap. 2. De uerbo perfecto pag. 65

Cap. 3. De uerbis defectiuis pag.79
Cap. 4. De uerbis quieſcentib s pag.86
Cap. 5. De uerbis compoſitis, poli-
ſyllabis,& anomalis pag. 98
Cap. 6. De affixis uerborum pag.102
Cap. 7. De literis paragogicis pag.113

Partis quartæ, quæ eſt de reliquis partibus grammaticæ

Cap. 1. De Aduerbio,Prępoſitione, Coniunctione, & Interiectione pag.115
Cap. 2. De literis ſeruilibus pag.119
Cap. 3. De inueſtigatione thematis,& uſu dictionarii. pag.127
Cap. 4. De ſyntaxi pag 129
Cap. 5. De poetica pag. 134

FINIS.

INSTITVTIONVM LINGVÆ HEBRAICÆ

PARS PRIMA.

De Literis. Cap. I.

LITERÆ Hebræorum, quas ipſi אוֹתִיוֹת Othiioth appellant, omnes ſunt conſonantes. Earum numerum & ordinem, qui ex threnis Hieremiæ, aliiſque ſimilibus Alphabeticis libris colligitur, necnon figuras, nomina, & ipſorum nominum ſignificationem, deniq; poteſtatem ſiue ſonum ipſarum, & quorum numerorum notæ ſint, ſubiecta tabella indicabit.

Num	Figu.	poteſtas	Nomen	Significatio
1	א	Aſpiratio leniſſima.	Aleph אָלֶף	Quaſi אַלּוּף Alluph, ideſt, princeps, ꝙ ſit principiũ Alphabeti.
2	ב	B, Græcũ ſiue, u, conſonans.	Beth בֵּית	Domus, quod figura ſua domum imitetur: sũma enim linea tectũ, infima pauimentũ, media parietẽ, vacuitas è regione portam refert.
3	ג	gh	Gimel גִּמֶל	Quaſi גָּמָל gamal, ideſt, camelus, propter gibbũ, quem in dorſo gerit.
4	ד	dh	Daleth דָּלֶת	Quaſi דֶּלֶת deleth, id eſt, porta; quod eam ſuis lineis ex parte referat.
5	ה	h	He הֵא	a ſono quẽ exprimit, nomen accepit.
6	ו	u, conſonãs.	Vau וָו	Vncinus; ꝙ eius ſimilitudinẽ prę-

Num	Figu.	poteſtas	Nomen	Significatio
7				ſeferat.
	ז	Z, Græcum.	Zai jn זַיִן	Quaſi זַיִן Zen; id eſt, arma; ꝙ claua eſſe uideatur.
8	ח	hh, vel x, Græcum.	Cheth חֵית	A ſono proprio ſic vocatur.
9	ט	t	Teth טֵית	Similiter a ſono,
10	י	i, conſonans.	Iod יוֹד	Quaſi יָד iad, id eſt, ſpatium; ꝙ propter ſuam exiguitatem ſpatiũ vacuũ relinquat.
20	כ ך	ch CH	Caph כַּף	A curuitate ſic dicitur, nam כָּפַף Caphaph, incuruare ſignificat & כַּף Caph, rem curuam, vt uolã.
30	ל	l	Lamed לָמֶד	a מַלְמַד Malmad id eſt, ſtimulo, ſeu uexu, cuius ſimilitudinem exhibet.
40	מ ם	m M	Mem מֵם	A ſono, vt in oĩbus alijs linguis.

Num	Figu.	poteſtas	Nomen	Significatio
50	נ ן	n N	Nun נוּן	Item a ſono.
60	ס	ſ	ſamech סָמֶךְ	Quaſi סָמוּךְ Samuch, id eſt, cōtinuatum,& in ſe ductum.
70	ע	Aſpiratio dēſiſſima.	Aijn עַיִן	Oculus, ꝙ eius figurā imitetur.
80	פ ף	ph PH	Pe פֵּא	Os, ſeu vultus; ꝙ ex parte figuram oris exprimat.
90	צ ץ	ts TS	Tſade צָדֵי	Venabulum,ꝙ ei non diſſimile videatur.
100	ק	q, vel K	Coph קוֹף	Vel a ſono ꝓprio ſic dicitur, vel a circulo quem deſcribit, nam קוּף cuph circuire eſt.
200	ר	r	Reſc רֵישׁ	Quaſi רֹאשׁ Ros id eſt, caput, ꝙ ex parte illius figuram imitetur.
300	שׁ שׂ	ſc. ſ vide iudicū c. 12.u.6.	Scin שִׁין	Quaſi שֵׁן Scen, id eſt, dens; ꝙ dētata ſit litera.
400	ת	th ſiue θ, Græcum.	Tau תָּו	Signum ſiue terminus; ꝙ alphabetum terminet.

ך 500

500	600	700	800	900	1000.
ך	ם	ן	ף	ץ	א̈

De Nominibus literarum Hebraicarum.

NOmina harum literarum vetuſtiſſima eſſe, atque ex his veluti fontibus quibuſdam deriuata eſſe nomina omnium aliarum literarũ, veteres omnes docent, Hebræi, Græci, Latini. Vide Ioſephum lib: 1. antiquit. cap. 4. Eupolemũ apud Clementem Alexandrinum lib: 1. Strom: Auguſtinum lib: 18. de ciuitate Dei cap. 39. ac præcipue Euſebium lib: 9. cap. 4. & lib: 10. cap. 2. de præparatione Euangelica, vbi ex eo demonſtrat primas omnium literarũ Hebraicas fuiſſe, quod ſolæ Hebraicæ literæ nomina habeant ſignificatiua. Cur enim Græci literas ſuas vocent, alpha, beta, gamma, delta; & Latini, a, b, c, d, &c. nullam rationem aliam reddere poſſumus, quam quod Hebræos imitati ſint, qui literis ſuis nomina poſuerũt, Aleph, bet, gimel, daleth. Cur autem Hebræi literas ſuas ita vocauerint, rationem a propria ſignificatione ductam red

dit Euſebius loco notato, item S. Hieronymus in Epiſt. ad Paulam vrbicam, & in commentario ad Threnos Hieremiæ: nos quoq; aliam ab illis non parum diuerſam paulò ante reddidimus.

De Poteſtate earundem literarum.

PRæter ea, quæ in Alphabeto ipſo annotauimus, ſciendum quoque eſt, literas omnes Hebraicas in quinq; diuiſas eſſe claſſes, pro numero videlicet inſtrumentorum vocis, quædam enim dicuntur literæ gutturales, videlicet א ה ח ע Aliæ dicuntur literæ labiales, videlicet, ב ו מ פ Aliæ dicuntur literæ palati, videlicet ג י כ ק Aliæ dicuntur literæ linguæ, videlicet ד ט ל נ ת Aliæ denique dicuntur literæ dentium, videlicet ז ס צ ר ש Ex quibus omnibus ſolæ gutturales dubiam & difficilem pronunciationē habent, & quidem א, Aleph, in ſummo gutture, ſiue in ipſo ore formatur reſpondetq; ſpiritui leni Græcorum; ita vt nihil addat ad vocalem, cum qua ſyllabam efficit, niſi ſpiritū illum, qui vt minimum requiritur ad quamlibet vocem profe-

proferendam. ה He reſpondet ſpiritui denſo Græcorũ, & noſtræ aſpirationi, h, formaturq; in gutture, ſed paulo inferius q̃ Aleph. ח Cheth eſt quaſi duplex aſpiratio denſa, & in ipſo nodo gutturis, hoc eſt inferius, quam, he, formari debet. ע Aijn, aſpiratio eſt denſiſſima (etſi alij aliter ſentiant) fitq; dum ſpiritus narium adiumẽto in imo gutture quodammodo ſtrangulatur. Itaq; pronunciatio harum quatuor literarũ a ſummo gutture vſque ad imum quaſi quibuſdam gradibus deſcendit.

De figuris ſeu characteribus literarum.

HOs literarum characteres nõ eſſe eos, quibus initio ſacri libri ſcripti ſunt, ſed alios, quos Eſdras poſt captiuitatem excogitauit, teſtatur D. Hieron. in prologo galeato, qui etiam in commen. ad cap. 9. Ezechielis docet, literam, ת, olim crucis figuram expreſſiſſe. ſed his omiſſis, primum diligenter intuendæ ſunt figuræ, & diſcrimen notãdum ſimilium literarum, ne inter legendum vnam accipiamus pro

 alia.

alia. Sunt autem hæ literæ ſimiles.

Deinde ſciendum · ש ע ס ט ו ה ד ג ב
eſt, quinque literas ש ץ ם מ ז ח ר נ כ
dupliciter ſcribi, videlicet צ פ נ מ כ
quarum priores, id eſt, ץ ף ן ם ך
contractiores ſcribuntur in principio, & in medio dictionis, poſteriores autē, quæ etiam longiores ſunt, ſcribuntur ſolum in fine. Inuenitur tamem extra ordinem Iſaiæ 9. u. 7. ם, in medio in illa dictione, לְםַרְבֵּה & lib. 2. Eſdræ cap. 2. u. 13. מ in fine in dictione הֵמ

Poſtremo ſciendum eſt, Hebræos literis Alphabeti vti ad notas numerorum indicandas, vt in ipſa tabula literarum oſtendimus. Porrò cæteros numeros, quos ibi non expreſſimus, ex aliorum compoſitione efficiunt: Siquidem א׳ ſignificat, 11, ב׳, 12, & ſic de cæteris, niſi quod pro ה׳ ſcribunt, טו, ſuperſtitione quadam adducti quia ה׳ eſt vnū ex nominibus Dei. Sic etiam poſt, ת, quæ litera efficit 400. non ſemper ponunt literas illas finales, ſed compoſitos numeros.

תק׳ תר׳ תש׳ תת׳ תתק:

.900. 800. 700. 600. 500.

DE

De Punctis, quæ vocalium loco ſunt apud Hebræos. Cap. II.

VETERES Hebræi cum nullas haberēt propriè vocales literas, vtebantur interdum earum loco quatuor conſonantibus, videlicet, א Aleph, ה he, ו, vau י iod, & quidem per Aleph, & he, exprimebāt, a, & interdum alias vocales, per vau, o, & u. per iod, e, & i. Erat autem difficillimus harum vocalium vſus, trib⁹ potiſſimum de cauſſis: primum enim eædem literæ interdum fungebantur munere ſuo, id eſt, conſonātium, interdum alieno, id eſt, vocalium, nec facile diiudicari poterat, quando vno officio, & quando altero fungerentur. Deinde cum eadem litera diuerſarum vocalium locum obtinere poſſet, vt iod, e, & i, vau, o, & u, quis facile diuinaret, huius ne an illius potius locum obtineret? Accedebat poſtremo, quod ſæpè nulla harum quatuor literarū expreſsè in uocibus Hebraicis habebatur, ſed ſubintelligēda erat. Itaq; magis vſu loquentium quàm præceptis doctrinæ, ratio legendi, vel pronunciandi apud Hebræos

bræos olim conſeruabatur. quod non obſcurè indicat D. Hieronymus in Epiſtola 126. quæ eſt ad Euagrium. quapropter poſteriores Hebræi, tum ad minuendam difficultatem, tum etiã ne paulatim ſcientia linguæ Hebraicę penitus interiret; quę ipſi traditione maiorũ & vſu didicerant, ad artem reuocare conati ſunt, certis quibusdam excogitatis punctis, quæ vbique locum vocalium obtinerent. & quanquã non eſt omnino exploratum, quo primũ tempore eiuſmodi puncta literis Hebraicis addita fuerint, tamen probabilis eſt ſententia Heliæ Leuitæ Germani, qui in præfatione Maſſoreth affirmat id factum eſſe apud Tiberiadẽ Paleſtinæ ann. 436. ab euerſione templi, id eſt, Anno ſalutis noſtræ 476.

Sunt igitur puncta decem, pro longis vocalibus quinque, & quinque pro breuibus, quorum characteres, poteſtatem, nomina, & ſignificationes ſubiecta tabella indicabit.

Tabula

Tabula punctorum vocalium.

Figu.	Poteſtas	Nomen	Significatio
ָ	a longum	camets קָמֵץ	Dicitur a verbo קָמַץ Camats,quod eſt colligere; quia collecto ore obſcurè pronunciatur, ſono quodam medio inter a, & o.
ַ	a, breue	patach פַּתַח	Dicitur a verbo פָּתַח Pathach quod eſt aperire: quia aperto ore clariſſimè pronũciatur, plane, vt a, latinum.
ֵ	e, longum	Tſeré צֵירֵי	A verbo צוּר tſur, quod eſt coarctare: quia proferri debet obſcure: vt e, Italicum in vocibus, pena, & penna.
ֶ	e, breue	Segol סֶגוֹל	A noīe Caldæo סְגוֹלָא Segula, ꝙ botrum ſignificat: quia eius formam imitari videtur, profertur autem clare, vt; e, latinum in voce pennā.
ִי	i, longum	Chiric gadol חִירִיק גָּדוֹל	Chiric magnum, a ſono quem edit nomen accepiſſe videtur.

Chiric

Figu.	Poteſtas	Nomen	Significatio
ִ	i, breue	Chiric Caton חִירִיק קָטוֹן	Chiric paruum ſimiliter a ſono nomen accepit.
וֹ	o, longum	Cholē חוֹלֶם	A ſono; quem efficit priore ſillaba nomen habet.
ֳ vel ָ	o, breue	camets cateph קָמֵץ חָטֵף	Camets raptum nam חָטַף chataph rapere ſignificat.
וּ	u, longum	Scurec שׁוּרֶק	a ſono quem edit priore ſyllaba. profertur autem vt, u, magnum Italicum, & Germanicũ.
ֻ	u, breue	Kibuts קִבֻּץ	a verbo קָבַץ Kabats, quod eſt congregare; quia labijs collectis effertur, vt, v, Gallicum.

Quo pacto literę cum punctis ſyllabam efficiant, ſubiecta exempla docebunt.

ua	ua	ue	ue	ui	ui	uo	uo	uo	uu	uu
בָ	בַ	בֵ	בֶ	בִי	בִ	בוֹ	בֹ	בֳ	בוּ	בֻ
da	da	de	de	di	di	do	do	do	du	du
דָ	דַ	דֵ	דֶ	דִי	דִ	דוֹ	דֹ	דֳ	דוּ	דֻ
ha	ha	he	he	hi	hi	ho	ho	ho	hu	hu
הָ	הַ	הֵ	הֶ	הִי	הִ	הוֹ	הֹ	הֳ	הוּ	הֻ

Obſerua. 1. omnia puncta ſubſcribi literis conſonãtibus, exceptis chiric magno, cholem, & ſcurec, quæ ad latus ſcribi debent. 2. cholem dupliciter notari, vno modo cum litera vau, altero modo ſine vau, & tunc pũctum notari ſupra conſonantem, cum qua facit ſyllabam, non in medio, ſed ad latus ſiniſtrum, vt diſtinguatur ab accentu reuia, de quo infra dicemus. 3. Camets catuph ſæpiſſimè ſcribi ſine illis duobus punctis additis ad camets, ita vt figura non diſtinguatur a camets longa vocali. Vt ergo poſſit intelligi quando eiuſmodi punctum ſit camets, & quando camets catuph, hæ regulæ obſeruandæ ſunt. Prima, ſi nullum habeat accentum, & mox ſequatur ſceua, aut daghes, non eſt camets, ſed camets catuph, vt חָכְמָה chochma non cacma, כָּלוֹ collu nõ callu. Secunda, ſi ſequatur machaph, & immediate antea non ſit א aut ה, illud eſt camets catuph, vt, כָּל־אֶרֶץ, col erets, non cal erets. Tertia in finibus verborum, ſiquidem accentus præcedat, eſt etiam camets catuph, vt, וַיָּקָם vaijacom, non vaijacam. Alias ſemp eſt camets. quia tamen interdum Euphoniæ

niæ cauſſa excidit daghes ex litera quæ proximè ſequitur poſt camets catuph,ita vt putari poſſit camets longum id, quod re uera eſt camets catuph, idcirco tunc, etiam in libris correctiſſimis, ſcribitur camets catuph cum duobus punctis expreſſe additis ad dextram ipſius camets, hoc modo, ׃ׇ. Obſerua 4. in pronunciatione literarum cum ſuis punctis, prius ſonare & audiri debere literam, quam punctũ literæ ſubiectum, non enim dicimus בָ au ſed בָ ua, excipiuntur tamẽ duæ literæ gutturales ח, ע, quando in fine dictionis exiſtentes ſub ſe habent patach. tunc enim prius proferri debet punctum, quam litera. Itaq; dicemus יֵשׁוּעַ Ieſuah, nõ Ieſuha מָשִׁיחַ Maſciach, non Maſcicha. cuius exceptionis ratio eſt, quia eiuſmodi patach nõ eſt de eſſentia illorum nominum neq; additur ad ſyllabas multiplicandas, ſed ſolum vt literæ illæ ex gutture pronunciari poſſint. ſi quidem integra nomina ſunt, in exemplis allatis, יֵשׁוּעַ מָשִׁיחַ experientia autẽ docet non poſſe in iſtis nominibus ex gutture pronũciari vltimas literas, quod item accidit in omnibus ſimilibus, vbi iſte literæ vltimum locum occu-

pant,

pant,& non præcedit camets, aut patach. Quotiescunque igitur iſtas literas in fine dictionis exiſtentes, non præceſſit camets, aut patach, neceſſario additur patach ſub iſtis literis, vt rite proferri poſſint, quod idcirco dici ſolet patach ſuffuratum, ſeu patach neceſſitatis, & quod diximus de literis ח, & ע habet etiam locum in litera ה quando punctulum habet in uentre vt patet in iſto nomine אֱלֹהַּ dicimus enĩ eloah non eloha.

De ſemipunctis, videlicet de ſceua & punctis raptis. Cap. III.

PRÆTER illa decem pũcta, quæ locũ obtinent vocalium tàm longarum, quam breuium, ſunt alia tria puncta quę breuiſſimarũ vocalium vices gerunt, nimirum ſceua, chateph patach, & chatephſegol, de quibus ordine dicemus.

Sceua, Hebræis שְׁוָא vel שְׁבָא cõſtituitur ex duobus punctulis vno ſuper aliud perpẽdiculariter poſito, hoc modo, :, quod quidem interdum quieſcit, interdum ſonat,

nat, quando quieſcit, nullum ſonum exhibet auribus, neq; ſyllabam conſtituit, ſed potius trahit literam ſibi ſuperpoſitā ad præcedentem, vt cum ea ſyllabā componat, vt cum dicimus הָלְךָ halach.

Et hinc fortaſſe nomen accepit; videtur enī שְׁבָא dici a uerbo שׁוּב quod eſt redire, quia literam ſuam ad præcedentem trahit, & quodammodo redire facit. Atq; hinc eſt, quod omnis litera in fine dictionis, exceptis quieſcentibus, quæ ſunt אהוי ſi nullum habeat punctum, cenſetur habere ſceua; licet non inueniatur expreſſum niſi ſub literis בגד כפת quando habent daghes lene, & præterea ſub litera caph, etiam non habēte daghes, ac in tribus alijs dictionibus, יֵשְׁתְּ Prouerb. 7. קֹשְׁטְ Gen. 29. וַיַּשְׁקְ Prou. 22.

Quando ſonat, idem valet, quod, e, breuiſſimum, & tunc ſyllabam conſtituit cum ſua litera cōſonante ad morem aliarum vocalium, vt cum dicimus דְּבַר deuar. Ad internoſcendum autem quando ſceua ſonet & quando quieſcat, hæ regulæ ſeruandæ ſunt. Prima, ſceua in initio dictionis ſemper pronunciatur, vt, לְמוֹד lemod, non lmod. 2. in fine dictionis nūquam pronunciatur, vt, וַיֵּשְׁתְּ vaijeſt, non vaijeſte. 3. in medio dictionis pronunciatur ſolum ſub litera geminata, vt, הללו

הַלְלוּ halelu, non hallu, רִבְבוֹן riueuon, non riuuon, &c. ſub litera quæ habet punctum in ventre, vt לִמְּדוּ limmedu, non limmdu; & poſt alterū ſceua, vt יִלְמְדוּ ijlmedu, non ijlmdu, & poſt vocalem lōgam, vt לָמְדָה lameda, non lamda. Sunt autem hic duæ exceptiones: Vna, quādo duo ſceua ſunt in fine; tunc enim vtrūque quieſcit, etiam ſi primum ſit poſt lōgam vocalem, & ſecundum ſit poſt alterū ſceua, vel ſub litera habēte punctum in ventre, vt יֵשְׁתְּ יֵבְךְ ijeſt, nō ijeſet, ijeuch non ijeuech. Altera exceptio eſt, quando vocalis longa notata eſt accētu grammatico, tunc enim ſceua ſequens quieſcit, vt לְמוֹדְנָה lemodna, non lemodena.

Obſeruandum vero eſt, ad exactam pronunciationem ſceua, cum poſt ſceua ſequitur litera gutturalis, ipſum ſceua debere proferri ferè ad eum modum, quo profertur punctum ſubiectum literæ gutturali, & ſi adſit accētus qui dicitur gahia, debere proferri plane eo modo quo profertur pūctum literæ gutturalis. dicimus enim תְּחִי tichi, non techi. Idem dicendum eſt de ſceua præcedente iod ſine chiric; vergit enim tunc ſceua ad ſonum chiric, & ſi adſit gahia, ſonat plane vt chiric, vt בְּיַד bijad, non beijad.

. Hæc de ſceua ſimplici : nūc de cōpoſito & punctis raptis dicamus. Chateph patach eſt pūctum compoſitum ex ſceua & patach, hoc modo ֲ: & ſonat a breuiſſimum. Cateph ſegol, eſt punctum cōpoſitum ex ſceua & ſegol, hoc modo ֱ: & ſonet e breuiſſimum.

Addunt aliqui tertium punctum raptum, nimirum chateph camets, quod ſit o breuiſſimum, & diſtinguatur a camets catuph, quod eſt o breue, ſed melius alij reijciunt tertium iſtud punctum raptum, atq; aſſerunt camets catuph, & cateph camets idem eſſe, nimirum o breue. ſiquidem puncta rapta propter literas gutturales potiſſimū inuenta ſunt: Literæ enim gutturales initio dictionis non patiuntur vnquam ſub ſe ſceua ſimplex, neq; etiam in medio dictionis, niſi præcedat accentus grammaticus, vt שְׁלַחְנוּ, vel præcedat chiric ſub litera ſeruili, vt תִּחְיֶה, vel ſequatur daghes lene, vt נֶאְדַּר, vel ſequatur litera capax ſolius daghes fortis, ſed non affecta eiuſmodi daghes, vt רַעְיָתִי. Quoniam igitur literæ gutturales, vt plurimum non poſsūt a ſceua ſimplici moueri, ideo adduntur ea puncta, quibus gutturales maximè gaudent, nimirum patach, & ſegol, quæ clariſſime, & facillime pronunciantur. Et ſanè ſi ſceua non ſolum cum patach & ſegol, ſed etiam cum camets componeretur, nulla eſſet ratio, cur non etiam cum tſere, chiric, alijſq; pun-

ctis componi deberet. Notandum eſt puncta iſta rapta inueniri etiã interdum ſub literis geminatis.

De Daghes, & Raphe. Cap. IIII.

SVPERSVNT adhuc alia duo puncta, quæ etſi vocalium literarum munere nequaquã funguntur, ſuo modo tamẽ pronunciationem non parum iuuant. Ea ſunt Daghes, & Raphe. דגש Daghes eſt pũctum in medio literæ impreſſum, cuius officium eſt vim quãdam addere ipſi literæ. Eſt tamen duplex daghes, lene, & forte. Lene roborat literam: Forte duplicat, exemplum lenis בַּיִת beth, non ueth: exẽplũ fortis דִּבֵּר dibber, non diber. Porrò daghes forte inueniri poteſt in omnibus literis, exceptis gutturalibus אהחע & ר.

Quanquam etiam aliquando א & ר ſed rariſſimè daghes recipiunt, vide Gen. 43. 23. 1. Eſdræ 8. 18. Leuit. 23. 17. Iob 33. 20. & 1. Reg. 1. 6. 1. Reg. 10 24. 4. Reg. 6. 32. Prouerb. 10. 14. Prouerb. 15. 1. Cant. 5. 2. Pſal. 52. 5. Hierem. 39. 12. Habac. 3. 13. Ezech. 16. 4. Ratio vero cur infigatur daghes forte in literis multiplex eſt. Primo infigitur ad ſupplendum defectum literæ, nun, in coniugatione Niphal, in defectiuis pe nũ,

in verbo נָתַן nathan, in præpoſitione מִן. Secũdo ad ſupplendum defectum literæ geminatæ in verbis duplicantibus aijn, & ad ſupplendum defectum literæ ה in verbis quæ habent tertiam radicalem ה, & quando in hithpael ת & ט conueniunt. Tertio, ad oſtendendam coniugationis grauitatem in Piel, Pual, & Hithpael. Quarto, poſt ה demonſtratiuum, & ו verſiuum niſi ſequatur litera ſceuata. Quinto, ſed raro ſolius Euphoniæ cauſa.

Daghes lene nõ reperitur niſi in his ſex literis בגד כפת; quia tamen etiam hæ literæ daghes forte habere poſſunt, ideo vt ſciamus vtrum daghes in his literis infixũ ſit forte, vel lene, hæc regula notanda eſt. Initio dictionis nunquam eſſe poteſt niſi daghes lene, & ſimiliter in medio & fine poſt ſceua quieſcens. Itaque in hac dictione תִּזְכּוֹר, vtrumque daghes eſt lene: in hac vero דִּבַּרְתָּ primum eſt lene, ſecundum forte, teſtium lene. Raphe Hebraicæ רָפֶה id eſt, lene, eſt virgula, quædam literę ſupraſcripta hoc modo בֿ quę linea ſignificat literã eſſe mollius pronunciandam, quàm ſi haberet daghes. Itaq. literæ בגד כפת cum daghes leni pronunciantur aſperius, vt latinæ literæ b, g, d, c, p, t. Si vero habeãt raphe בֿגֿדֿ כֿפֿתֿ, pronuncian-

nuncian-

nunciantur lenius, vt bh, gh, dh, ch, ph, th. Eſt autem ſciẽdum in pleriſque libris non exprimi iſtam virgulam raphe, tamen ſemper ſubintelligi, vbi nullum eſt daghes.

Quod vero ad orthographiam attinet vbi ſit ponendum daghes & vbi ra phe, hæ regulæ ſeruãdæ ſunt. Prima, Initio dictionis ſemper eſt raphe, præterquam in literis בגדכפת quæ daghes habent niſi litera præcedens fuerit vna ex quieſcẽtibus, quæ ſunt אהוי, quanquam etiam his præcedentibus interdum habent daghes, nimirum ſi litera quieſcens non quieſcat eo loco, vt בּוֹ גָמַל item ſi habeat accentũ diſtinctiuũ vt לְבָנָה כּוֹכָב Item ſi dictio quæ incipit ab vna ex literis בגדכפת ſit monoſyllaba, aut habeat accentum in penultima, vt וְ הָיְתָה בָּשָׂר, denique ſi macaph coniungat ה di- ctionis monoſyllabæ cum dictione incipiente ab vna ex literis בגד כפת aut econtrario, vt מַה־בֶּצַע & יִצְחָק־בִּי Secunda, in medio & fine dictionis poſt longã vocalẽ ſemp eſt raphe, niſi notetur accentu, tunc enim daghes eſſe poteſt, vt לָמָּה ex quo apparet ſurec interdum pro parua vocali haberi, cum admittat poſt ſe daghes, vt חֻבָּה. Tertia, in medio & fine poſt vocalẽ breuẽ ſemp eſt daghes, aut ſceua ſilens, niſi notetur accentu, nã in שַׁבָּת illud ב propter accẽtũ nõ habet daghes.

Quarta, in medio & fine poſt ſceua mobile & puncta rapta ſemper eſt raphe, præterquam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

in hac voce שְׁתֵּי שְׁתַּיִם . Quinta, in medio & fine poſt ſceua quieſcẽs ſemper eſt raphe, prẽterq̃ in literis ב ג ד כ פ ת quæ habent daghes lene, exceptis pauciſſimis, vt עִבְרִי מַלְכוּת & ſimilib.

De literis quieſcentibus. Cap. V.

QVATVOR literæ, quæ hoc nomine cõtinentur אהוי quieſcentes dicuntur, quia interdum nullum ſonũ auribus exhibent, cuius ratio eſt, quod vt ſupra diximus, iis vtebantur olim Hebræi loco vocalium; nunc autẽ inuenta ſunt puncta, quæ earundem vocalium munere cõmodius funguntur. Itaque neceſſario literæ iſtæ poſt inuenta puncta, interdũ ſonant, interdum quieſcunt; ſonant, quando funguntur munere ſuo, ideſt, cõſonantium; quieſcunt, quando fungi deberent munere alieno, ideſt, vocalium. Explicemus de ſingulis ſeorſim. א quieſcit in medio & in fine poſt omnes vocales longas, & interdum poſt ſegol, & patach vt גּוֹמֶא & וַאדֹנָי . ה quieſcit ſolũ in fine poſt camets, tſere, cholem lõgas vocales, & poſt ſegol, & patach breues vt מָה פֹּה poſt

alias

aliás vocales longas non facile reperitur litera ה, tamẽ ſi inueniretur, ſine dubio etiam in illis quieſceret. Eſt autem obſeruandum interdum ה in fine poſt longã vocalem nõ quieſcere, ad quod ſignificãdum ſcribitur tunc punctum quoddam in medio eius hoc modo, הּ, vel hoc modo הּ, quod quidem punctum nõ eſt daghes, quia non duplicat, nec roborat literam, ſed eſt מַפִּיק mappix id eſt eductor, quia educit ſonum, dum facit vt litera ſonet, quæ alioquin quieuiſſet. Solet uero mappic potiſſimũ adhiberi in pronomine affixo generis fœminini vt בְּנָהּ filius eius, præterea in nomine Dei אֱלוֹהַּ & in quatuor uerbis

admirari,	ſuperbire,	amare,	ſplendere,
תָּמַהּ	גָּבַהּ	כָּמַהּ	נָגַהּ

י Quieſcit in medio, & in fine poſt tſere, ſegol, & chiric, alias ſonat vt, i, cõſonans. Porro in fine poſt camets, patach, cholẽ, & ſcurec coaleſcit cum præcedente, vt vocalis in diphtongum, vt אֲדֹנָי adonai, triſyllabum דְּבָרַי deuarai, ſimiliter triſyllabum גּוֹי goi monoſyllabum, banui בָּנוּי duarum ſyllabarũ. Interdum etiã recipit mappic, vt in dictione מַלְכִיּוֹת &

רְאשִׁיות. ו quieſcit in medio & in fine ſub cholem, & in ſchurec, alias ſonat vt, u, cōſonās, & in fine poſt camets, patach, tſere, & chiric, coaleſcit more uocalis in diphtongum, vt דְּבָרָיו deuarau קָו cau שָׁלֵו ſaleu, פִּיו piu.

Notandum uero eſt quieſcētem literam neceſſariam eſſe ad longarum vocalium prolationem, & ideo ſemper eis vel actu uel poteſtate adeſſe. idcirco enim in illa ſententia לֹא תַעֲשֶׂה לְךָ פֶסֶל illud, פ, non habet daghes lene, quia præcedit, ה, virtute contentum in camets dictionis לְךָ.

De Accentibus. Cap. VI.

ACCENTVS Hebræis triplex eſt. Rhetoricus, Grammaticus, Muſicus. Rhetoricus retinet ſyllabam, vel coniungit cum alia, ornatus gratia: Grāmaticus attollit ſyllabam, vt accentus acutus Græcorum, & præterea diſtinguit orationem, vt apud Latinos puncta & virgulæ. Muſicus deſignat tonum, quo ſyllaba cani debet. Porro rhetorici accentus quatuor ſunt, primus dicitur Metheg cuius officium eſt retinere ſylla-

bam, quam afficit, & ſcribitur ſub litera hoc modo , בָ. Secundus dicitur Mazze, cuius idem eſt officium, & ſcribitur ſupra literam hoc modo בּ . Tertius dicitur Gahia, & eſt retinaculum ſolius puncti ſceua, cum metheg, & mazze aliis punctis adiungantur, ſcribitur autem ſic בְ . Quartus dicitur Maccaph, cuius officium eſt coniungere vnam dictionem cũ alia, & ſcribitur inter duas dictiones hoc modo כָּל־גּוֹי .

Grammatici accẽtus, numerãtur triginta & vnus, nimirum viginti reges, & vndecim miniſtri, ſed ex tanto numero, ſolum quatuor ſunt propriè grãmatici; reliqui enim magis muſicæ quam grammaticæ deſeruiũt. Primus dicitur Sophpaſuch, ſiue ſiluch, cuius officiũ eſt acuere ſyllabam, & diſtinguere periodos, ſcribitur autem ſub litera hoc modo בֽ ita ut figura non diſtinguatur à Metegh. Facile tamen unum ab alio internoſces, ſi animaduertas è duobus accentibus in eadem dictione poſitis, priorem eſſe Rhetoricum, poſteriorem grammaticum, vel ſi vnus tantum ſit, eum neceſſario eſſe grammaticum; nulla enim eſt dictio ſine accentu

accentũ grammatico, niſi ea quæ per macaph cũ alia iungitur. Secundus eſt Athnach qui, præterquam quod ſyllabam attollit more' aliorum, diſtinguit medias periodos, ſeu membra orationis, & hoc modo ſub litera pingitur בֽ hunc tamen uſum non habet in libro .Iob, Pſalterio, & Prouerbiis. Tertius eſt Zacheph Katon qui & ſyllabam acuit, vt cæteri, & concisa diſtinguit & hoc modo ſupra literã notatur בּ֔. Quartus eſt Reuia qui minimis diſtinctionibus ſeruit, & hoc modo ſupra literam ſcribitur ב֗. Cæterorũ nomina & figuras, quamuis ii negligi potuiſſent, hic breuiter ſubiiciemus, ne quid uel à curioſis deſideretur.

ACCENTVS REGII.

8	ב	סגולא	1	ב	סוף פסוק
9	ב	פשטא	2	ב	אתנח
01	בי	פסיקי	3	ב	זקף קטון
11	בי	לגרמיהי	4	ב	זקף גדול
12	ב	גרש	5	ב	רביע
13	ב	גרשים	6	א	תביר
14	ב	יתיב	7	ב	טרחא
זרקא					

18	ב	קַרְנֵי פָרָה	15	ב	זַרְקָא
19	ב	שַׁלְשֶׁלֶת	16	ב	פָּזֵר גָּדוֹל
20	ב	תְּלִישָׁא גְדוֹלָה	17	ב	פָּזֵר קָטוֹן

ACCENTVS MINISTRI.

1	ב	מוּנַח	6	ב	מֵירְכָא
2	ב	עִלּוּי	7	ב	מֵירְכָא כְפוּלָה
3	ב	מְכַרְבֵל	8	ב	קַדְמָא
4	ב	מַהְפַּךְ	9	ב	תַּרְסָא
5	ב	מָאיְלָא	10	ב	דַּרְגָּא
		11	ב	יָרֵחַ בֶּן יוֹמוֹ	

Quantum autem ad ſedem accentuum hæ regulæ tradi poſſunt. Accentus grammaticus in penultima ſyllaba collocatur. Primo in omnibus nominibus & verbis, quæ habent ſegol in vltima, vt לֶכֶת מוֹת סֵפֶר קֹדֶשׁ בֶּגֶד & idem dicẽdum eſt de ijs, quæ habent patach in vltima, loco ſegol, quando nimirum vltima, vel penultima eſt ח, vel ע, vt פֶּסַח · דַּעַת. Hæc tamen regula locũ non habet, quando vltime thematis eſt ה, dicimus enim · בּוֹנֶה · מֹשֶׁה: Secundo in illis omnibus nominib⁹ quæ habent camets, vel patac ante iod mobile, vt · בַּיִת · מִצְרַיִם ad quam regulam pertinent omnia dualia:
Tertio in illis nominibus, quæ deſinunt in iod præcedente chiric, ſi punctum penultimum fuerit

cholem, vel ſegol, vt שְׁבִי׳ חֹלִי׳ קֹשִׁי׳.
Quarto, in illis quæ terminantur in ſcurec præcedente ה, vt. בָּקְבֻּהוּ: תֹּהוּ׳ בֹּהוּ׳.
Quinto in præteriti ſecunda perſona ſingularis numeri, maſculini generis, & prima perſona cōmunis generis, vtriuſq; numeri, vt לָמַדְתָּ לָמַדְתִּי׳ לָמַדְנוּ׳ niſi forte adſit vau verſiuū tunc enim aliquando accentus ponitur in vltima. Sexto, in præteriti tertia perſona plurali, quādo propter pauſam vertitur ſceua in punctum longū vt לָמָדוּ pro לָמְדוּ חָפֵצוּ pro חָפְצוּ יָכוֹלוּ pro יָכְלוּ׳ Idem dicendū eſt de tertia ſingulari fœm: gen: vt לָמָדָה pro לָמְדָה. Septimo, in præteriti tertia plurali, & tertia ſingulari fœm: gen: verborum quieſcentium, vel duplicantium Aijn, vt סָבָה סַבּוּ׳ בָּנָה בָּנוּ׳ Octauo, in tertia præteriti, quando ſequitur dictio monoſyllaba, vel alia habens accentū in prima ſyllaba, vt בָּנָה עִיר קָרָה לַיְלָה׳ idem ſeruatur in participijs verborum quieſcentium lamed he, vt בּוֹנֶה עִיר. Nono in ſecunda plurali gen: fœm: imperatiui, & ſecunda ac tertia plurali gen: fœm: futuri, vt תִּלְמוֹדְנָה׳ לְמוֹדְנָה׳ Decimo, in coniugatione Hiphil, in tertia plurali, tertia ſingulari fœm: gen: vt הִפְקִידוּ׳ הִפְקִידָה׳. In reliquis omnibus, tam nominibns, quam verbis, accentus grāmaticus collocatur in vltima.

PARS

PARS SECVNDA QVAE EST DE NOMINE.

De ijs quæ nomini generaliter accidunt. Cap. I.

EXPLICVIMVS ea quæ pertinēt ad rationem legendi, & ſcribendi verba hebraica. Nunc de partibus orationis, quæ tres ſunt apud Hebræos; Nomen, cùm quo pronomen coniūgunt; Verbum, cui etiam participium annectunt; & dictio, quæ præpoſitiones, coniunctiones, aduerbia & interiectiones cōplectitur, ſuo ordine diſſeremus. Ac primum de nomine in vniuerſum dicendum eſt: deinde de ſingulis nominum formis, ſiue ſpeciebus: Nomini in vniuerſum accidunt quatuor, genus, numerus, caſus, & regimen genitiui. Genera in Hebraicis nominibus tria ſunt, maſculinum, fœmininum, commune. Neutro carent Hebræi, ſed pro eo fœmininum vſurpant, vt D. Hieronymus annotauit in cōmētario ad finem 7. cap. Eccleſiaſtæ. Maſculina terminan-

minantur quouis modo, præterquam in ה, præcedente camets, vel in ת, pręcedẽte ſegol, chiric, vel ſchurec, vt אִישׁ דָּבָר, Excipiũtur numeri cardinales de quibus ſuo loco. Fœminina, terminantur in ה, præcedente camets & accentu in vltima, vt אִשָּׁה, vel in ת præcedente ſegol & acçentu in penultima, vt קֶשֶׁת, vel præcedente chiric, aut ſchurec, & accentu in vltima, vt מַלְכוּת · גְּבִרִית. Sunt tamen præter hæc nõnulla irregularia, quæ ſunt fœminina, & tamen non teminantur altero horũ modorum; vt אֶבֶן־ רוּחַ, præterea omnia nomina vrbium, & regionũ, nec non membra quæ natura ſunt gemina, vt oculus, auris, pes, manus, & cætera, quocumque terminentur modo, fœminina ſunt. Communia terminantur quolibet modo more maſculinorum, & ferè ſunt huius generis nomina animalium, vt בָּקָר bos חֲזִיר ſus &c. Numeri nominum Hebraicorum ſunt tres, ſingularis, pluralis, dualis. Singularis terminatur variis modis, vt iam diximus. Pluralis in maſculinis fit à ſingulari addito ים ut à דָּבָר fit דְּבָרִים. In fœmininis quę

deſinunt

deſinunt in ה mutatur ipſum ה in ות vt a טוֹבָה fit טובות in iis quæ deſinunt in ת præcedente ſegol, additur ות vt à קֶשֶׁת fit קְשָׁתוֹת, in iis quæ deſinunt in ת precedē-te chiric, aut ſchurec, mutatur vltima ſyllaba in ית vt à גָּפְרִית fit גָּפְרִיּוֹת à מַלְכוּת fit מַלְכֻיּוֹת. Obſeruādum autem eſt interdum nomina quæ in ſingulari habent terminationem maſculinā, in plurali habere fœminina, & ecōtrario vt אָב, אָבוֹת יוֹנָה יוֹנִים. Dualis numerus non differt à plurali, niſi quod penultima litera in plurali eſt iod quieſcēs in chiric vt אֲלָפִים multa millia, in duali autem eſt iod mobile ſub ſe habens chiric, præcedente patach vt אַלְפַּיִם duo millia. Sortiūtur autem dualem numerū ea ſolum nomina, quę natura ſunt geminata, vt אָזְנַיִם, עֵינַיִם & ſimilia. Porro ſunt quædam nomina, quæ ſolum habēt numerum ſingularem, vt צאן · זהב: quædam quæ ſolum habent pluralem vt חַיִּים · בְּתוּלִים · נְעוּרִים quædam quæ ſolum habent dualem, vt מַיִם · שָׁמַיִם · רֵחַיִם. Caſus Hebræi nullos habent, ſed eos tamen interdum per articulos

ticulos deſignant, hoc modo דָּבָר verbū, שֶׁל דָּבָר ſiue הַדָּבָר verbi, לְדָבָר verbo, אֶת־דָּבָר verbum, הַדָּבָר o verbū, מִדָּבָר a verbo. Obſeruandum autem eſt, nullū horum eſſe purum articulum, ſiquidem ה, eſt etiam aduerbium vocandi, לְ· אֵת, et מִן ſunt præpoſitiones, vt infra docebimus, שֶׁל non eſt in vſu in diuinis literis, ſed ſolum apud Rabinos. Obſeruādum eſt etiam, ה, non ſolum genitiuo, ſed etiam cæteris omnibus caſibus iungi poſſe, pari ratione לְ non ſolum datiuo, ſed etiam genitiuo, et accuſatiuo interdū ſeruire; Deniq; אֵת non ſolum accuſatiuum, ſed etiam nominatiuum, datiuum et ablatiuum aliquando deſignare.

Vide plura in fine grammaticæ, vbi de dictionibus indeclinabilibus agitur.

Regimen genitiui in maſculinis numeri ſingularis, nō mutat ordinarie niſi pūcta longa in breuia, vt שַׂר princeps, in regimine שַׂר אֶרֶץ princeps terræ. In numero autem plurali aufert literam vltimam, et mutat chiricin tſere, vt שָׂרִים principes, שָׂרֵי אֶרֶץ principes terræ. In duali aufert ſimiliter vltimam literam

& chi-

& chitic; & mutat patach in tſere vt עֵינַיִם oculi, in regimine. עֵינֵי יוֹנִים oculi columbarũ. At in nominibus fœmininis quæ terminantur in ה præcedente camets mutatur, ה, in, ת, & camets in patach, vt מַלְכָּה regina מַלְכַּת מִצְרַיִם regina Ægipti; quæ terminãtur in, ת, nihil mutãt, & ſimiliter in plurali fœminina omnia nihil mutant.

De varijs nominum formis. Cap. II

NOMINA apud Hebræos, vt etiam apud alias gentes, alia ſunt propria, alia appellatiua, in quibus nihil aliud notandum occurrit, quam quod propria nomina carent numero multitudinis, regimine genitiui, ה, demonſtratiuo & pronomine affixo. Item alia ſuſtantiua, alia adiectiua ſunt, quæ hoc ſolum in hac lingua peculiare habent, quod ab Hebræis dicitur nomen תֹּאַר id eſt, formale, ſiue adiectiuũ omne illud, quod mouetur de maſculino in fœmininum per additionẽ literę, ה, vt טוֹב טוֹבָה · מֶלֶךְ מַלְכָּה itaque

multa vocant ipſi adiectiua, quæ nos ſubſtantiua nominamus. Comparatiua & ſuperlatiua nō habent: ſed circumloquūtur per duas particulas מִן & מְאֹד hoc modo טוֹבִים דּוֹדֶיךָ מִיַּיִן, id eſt, boni amoris tui præ vino. Cant: 1. quod nos diceremus meliores vino amores tui. וְהִנֵּה טוֹב מְאֹד id eſt, bonum valde. Gen. 1. ꝙ nos diceremus, & erat optimum.

Sunt deniq; alia nomina primitiua, alia deriuatiua. Primitiua, dicuntur quæ non deriuantur aliunde, ſed ex ipſis deriuātur alia, talia ſunt quæ ipſam radicem continent; vocatur autem radix illa dictio, ſiue ſit verbum, ſiue nomen, quæ in didictionario maiuſculis literis notatur, quæq; ordinarie tribus tantum literis conſtat, & ex qua per aliquam mutationem, deducuntur multæ aliæ dictiones, vt דֶּגֶל id eſt, vexillum, nomen eſt primitiuum, inde enim ſit דָּגַל, id eſt, erigere vexillum, דָּגוּל, id eſt, inſignis, ſiue præclarus, נִדְגָּלוֹת, id eſt, caſtra cum vexillis. Deriuatiua, dicuntur quæ deſcendūt a radice, ſiue primaria illa dictione, quod fieri poteſt quatuor modis. Primo, per additionem. Secundò, per detractionem. Tertio, per vtrumq; ſimul. Quarto ſine additione, vel detractione, per ſolam mutationem punctorum. De ſingulis modis ſeorſim, & ordine explicemus. Per additionem formantur

tur nomina deriuatiua cum ad radicem additur vna ex his ſex literis הָאֶמַנְתִּי. Et quidem , ה , format nomina, quando additur in fine, ſi tamē accentus ponatur in penultima, vt לַיְלָה, ſi enim accentus ponatur in vltima tunc litera, ה, non eſt formatiua nominis, ſed ſignum generis fœminini. Addunt quidam, ה, formatiuum interdū præponi vt in voce הַשְׁמָעוּת, ſed fortaſſe fallūtur, illud enim, ה, demōſtratiuum eſſe videtur.

א, format nomina quando præponitur, & ſub ſe habet patach, aut ſegol, vt אַשְׁמוּרָה · אֶצְבַּע ·

מ, præponitur & ſub ſe chiric, aut patach requirit, vt מַאֲכָל · מִזְמוֹר, interdum ſed raro poſt ponitur vt שִׁלְשׁוֹם · נ. præponitur cùm format nomina propria, vt נַפְתָּלִי · נִמְרוֹד : poſt ponitur autem cum format cætera & interdum eſt ſimul nota diminutionis, vt שַׁבָּתוֹן ſabbatulum, אִישׁוֹן paruus vir. ת præponitur interdum & ſub ſe habet chiric, aut patach, vt תַּלְמִיד תִּדְהָר interdum poſt ponitur, vt מַלְכוּת גָּפְרִית : interdum præponitur & poſt ponitur, vt תִּפְאֶרֶת ·

י præponitur cum format nomina propria, vt יַעֲקֹב · יִצְחָק & hinc apparet nomen illud יְהוָה eſſe proprium nomen Dei ; poſt ponitur autē cum format nomina gentilia, vel patronymica, vel numeralia ordinalia, vt שֵׁנִי · שְׁלִישִׁי · צָרְפָתִי · עִבְרִי

Per detractionem formātur nomina ab illis radicibus quarum prima litera eſt nun vel iod, vt שִׂיא

a verbo נָשָׂא & צֵא a verbo יָצָא. Item ab illis quarum ſecunda litera eſt uau vt גֵּר a גּוּר & צַר a צוּר. Item ab illis, quarum tertia eſt ה ut בֵּן a בָּנָה, אָב ab אָבָה denique ab illis, quarum ſecũda & tertia ſũt ſimiles ut חֹץ a חָצַץ, עֹז a עָזַז.

Per additionem & detractionem ſimul formantur illa nomina, quæ deriuantur a radicibus proximè notatis, & ſimul aſciſcunt unam ex literis hemanticis, ideſt ex illis ſex הַאֶמַנְתִּי. Quæ enim fiunt a radice cuius prima litera eſt nun aſciſcunt ut plurimum, מ, in principio cũ patach ut מַטַּע, a uerbo נָטַע: & quæ fiunt a radice cuius prima litera eſt iod, aſciſcunt מ: uel ת in principio, cum cholem ut מוֹשָׁב a uerbo יָשַׁב תּוֹרָה a יָרָה.

Quæ fiunt a radice cuius ſecunda litera eſt uau, aſciſcunt מ, in principio cum camets, ut מָקוֹם a uerbo קוּם, aſciſcunt etiam & alias literas, ut ת initio uel in fine, ה, & ן, in fine, ſed hæc omnia uſus melius docebit. Quæ fiunt a radice cuius tertia eſt ה, aſciſcunt ut plurimum מ in capite cum patach, aut chiric ut מַרְאֶה a רָאָה מִקְנֶה a קָנָה. Quæ denique fiunt a radice, cuius ſecunda & tertia ſunt ſimiles, aſciſcunt initio, מ, cũ camets, aut tſere ut מְסַךְ a סָכַךְ מֵסַב a סָבַב.

Per ſolam mutationem punctorum quæ deriuantur nomina a ſuis radicibus, facillima ſunt, ut דָּרַךְ דֶּרֶךְ מָלַךְ מֶלֶךְ ſiquidem æquè cito repeiuntur, atque ipſæ radices,

De

De nominibus numeralibus.

Cap. III.

NOMINA numeralia cardinalia tria quædã apud Hebræos habent propria: Vnũ quod maſculina habent terminationem fœmininorũ, & ecõtrario fœminina maſculinorũ, paucis exceptis; Alterum, quod nomina iſta numeralia numeri ſingularis iungũtur ſubſtantiuis numeri pluralis, & econtrario, dicimus enim חָמֵשׁ שָׁנִים quinque anni & חֲמִשִּׁים שָׁנָה quinquaginta annos; Tertium, quod numeri minores præponuntur maioribus, in cõpoſitione præcipuè, ut perſpicuum eſt ex illis uerbis Gen. 5. & uixit Seth poſtquam genuit Enos שֶׁבַע שָׁנִים וּשְׁמוֹנֶה מֵאוֹת שָׁנָה ſeptem annos, & octingentos annos: Porro ad maiorem commoditatem ſtudioſorum tabulam omnium numerorum ſubiiciemus.

Numeris cardinales

Generis maſc.		Generis fœm.		
Regim.	Abſolut.	Regim.	Abſolut.	
אַחַד	אֶחָד	אַחַד	אֶחָד	Vnus
שְׁתֵּי	שְׁתַּיִם	שְׁנֵי	שְׁנַיִם	Duo
שְׁלֹשׁ	שָׁלֹשׁ	שְׁלֹשֶׁת	שְׁלֹשָׁה	Tres
אַרְבַּע	אַרְבַּע	אַרְבַּעַת	אַרְבָּעָה	Quatuor
חֲמֵשׁ	חָמֵשׁ	חֲמֵשֶׁת	חֲמִשָּׁה	Quinque
שֵׁשׁ	שֵׁשׁ	שֵׁשֶׁת	שִׁשָּׁה	Sex
שְׁבַע	שֶׁבַע	שִׁבְעַת	שִׁבְעָה	Septem
שְׁמֹנַת	שְׁמוֹנֶה	שְׁמוֹנַת	שְׁמוֹנָה	Octo
תְּשַׁע	תֵּשַׁע	תִּשְׁעַת	תִּשְׁעָה	Nouem
עֶשֶׂר	עֶשֶׂר	עֲשֶׂרֶת	עֲשָׂרָה	Decem
	אַחַת עֶשְׂרֵה		אַחַד עָשָׂר	Vndecim
	שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה		שְׁנֵים עָשָׂר	Duodecim
	שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה		שְׁלֹשָׁה עָשָׂר	Tredecim
	אַרְבַּעַת עֶשְׂרֵה		אַרְבָּעָה עָשָׂר	Quatuordecim
	חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה		חֲמִשָּׁה עָשָׂר	Quindecim
	שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה		שִׁשָּׁה עָשָׂר	Sexdecim
	שְׁבַע עֶשְׂרֵה		שִׁבְעָה עָשָׂר	Septemdecim
	שְׁמוֹנַת עֶשְׂרֵה		שְׁמוֹנָה עָשָׂר	Octodecim
	תְּשַׁע עֶשְׂרֵה		תִּשְׁעָה עָשָׂר	Nouemdecim

Dein-

Deinceps communis ſunt generis vſque in infinitum.

Quinquaginta	Quadraginta	Triginta	Viginti
חֲמִשִּׁים	אַרְבָּעִים	שְׁלשִׁים	עֶשְׂרִים
Nonaginta	Octoginta	Septuaginta	Sexaginta
תִּשְׁעִים	שְׁמוֹנִים	שִׁבְעִים	שִׁשִּׁים

Bis mille	Mille	Pluries centũ	Bis centũ	Centũ
אַלְפַּיִם	אֶלֶף	מֵאוֹת	מָאתַיִם	מֵאָה

Bis decem millia	Decem millia	Pluries mille
רִבּוֹתַיִם	רְבָבָה vel רִבּוֹא	אֲלָפִים

Pluries decem millia.

רְבָבוֹת vel רִבּוֹת:

Numerus ordinalis.

Generis fœminini.		Generis maſculini.	
Secunda	Prima	Secundus	Primus
שֵׁנִית	רִאשׁוֹנָה	שֵׁנִי	רִאשׁוֹן
Quarta	Tertia	Quartus	Tertius
רְבִיעִית	שְׁלִישִׁית	רְבִיעִי	שְׁלִישִׁי
Sexta	Quinta	Sextus	Quintus
שִׁשִּׁית	חֲמִישִׁית	שִׁשִּׁי	חֲמִישִׁי
Octaua	Septima	Octauus	Septimus
שְׁמִינִית	שְׁבִיעִית	שְׁמִינִי	שְׁבִיעִי
Decima	Nona	Decimus	Nonus
עֲשִׂירִית:	תְּשִׁיעִית	עֲשִׂירִי:	תְּשִׁיעִי

Deinceps vtuntur Hebræi ſolo numero cardinali.

De pronomine. Cap. IIII.

QVATVOR ſunt Hebræis pronomina, Primitiuum, Deriuatiuum ſeu poſſeſſiuũ, demonſtratiuum, relatiuum. Primitiuum in nominatiuo & uocatiuo ita habet.

illi, m. g. vos, m. g. ille, m. g. tu, m. g.
אַתָּה הוּא אַתֶּם הֵם

Nos c. g. Ego c. g
אֲנִי אָנוּ uel אֲנַחְנוּ

illæ, f. g. vos, f g. illa, f. g. tu, f. g.
אַתְּ הִיא אַתֵּן הֵן

Pro obliquis caſibus utuntur Hebræi articulis & vltimis literis pronominis ſimul iunctis hoc modo.

illa, f g. ille, m. g. tu, f. g. tu, m g. ego, com. gen.
אֲנִי אַתָּה אַתְּ הוּא הִיא

tui & tibi, m. g. mei & mihi, com. gen.
לִי לְכָה

illius & illi, f. g illius, & illi, m. g. tui & tibi, f. g.
לָךְ לוֹ לָהּ

illam, f g. illum, m. g. te, f g. te, m. g. me, com. g.
אוֹתִי אוֹתְכָה אוֹתָךְ אוֹתוֹ אוֹתָהּ

ab illa, f. g. ab illo, m. g. a te, f. g. a te, m. g. a me, c. g.
מִנִּי & מִמֶּנִּי מִמְּכָה מִמֵּךְ מִמֶּנּוּ מִמֶּנָּה

illæ

illæ. illi, m.g. vos, f.g vos, m.g. nos, com.g.
אֲנַחְנוּ אַתֶּם אַתֵּן הֵם & הֵמָּה הֵן & הֵנָּה

veſtrum & vobis, m.g. noſtrum & nobis, c.g.
לָנוּ לָכֶם

illarũ & illis illorũ & illis, m.g. veſtrũ, vobis f.g.
לָכֶן לָהֶם & לָמוֹ לָהֶן

illas, f.g. illos m g. vos f.g. vos, m.g. nos, c.g.
אוֹתָנוּ אֶתְכֶם אֶתְכֶן אוֹתָם אֶתְהֶם אוֹתָן אֶתְהֶן

a vobis f.g. a vobis, m.g. a nobis, com.g.
מִמֶּנּוּ מִכֶּם & מִמְּכֶם מִמְּכֶן

ab illis, f.g. ab illis, m.g.
מֵהֶם מֵהֶן:

Poſſeſſiuum pronomen fit ex ultimis literis primitiui adiunctis nomini eo modo, quo ad iunguntur articulis.

Exemplum pronominis poſſeſſiui.

verbum noſtrum, com.g. verbũ meũ, com. g.
דְּבָרֵנוּ דְּבָרִי

verba noſtra, com. g. verba mea, maſc. g.
דְּבָרֵינוּ דְּבָרַי

verbum veſtrum, m.g. verbum tuum, m.g.
דְּבַרְכֶם דְּבָרְךָ

verba veſtra, maſc. g. verba tua, maſc. g.
דִּבְרֵיכֶם דְּבָרֶיךָ

verbum veſtrum, f.g. verbum tuum, f.g.
דְּבַרְכֶן דְּבָרֵךְ

verba

verba veſtra, f. g. דִּבְרֵיכֶן	verba tua, f. g. דְּבָרַיִךְ
verbum eorum m. g. דְּבָרָם	verbum eius, m. g. דְּבָרוֹ
verba eorum, m. g. דִּבְרֵיהֶם	verba eius, m. g. דְּבָרָיו
verbum earum, f. g. דְּבָרָן	verbum eius, f. g. דְּבָרָהּ
verba earum, f. g. דִּבְרֵיהֶן׃	verba eius, f. g. דְּבָרֶיהָ

Demonſtratiuum pronomen numeri ſin gularis maſculini generis eſt זֶה hic, iſte: fœm: gen: זוֹ, זֹה, זאת, Hæc, iſta; communis generis, זוּ hic, & hæc. In numero autem plurali utriuſq; generis אֵל & אֵלֶּה iſti & iſtæ.

Relatiuum pronomen extra interrogationem, eſt אֲשֶׁר vtriuſque generis, & numeri, ſignificat enim, qui, quę, quos, quas, cuius, cui, quorum, quarum, quibus &c. & loco huius ſæpe ponitur ſola litera שֶׁ.

Interrogatiua ſunt מִי מָה מַה מֶה quorum primum dicitur ſolum de homine, ut מִי אַתָּה בְּנִי quis tu fili mi? reliqua tria dicuntur de omnibus rebus excepto homine

mine ut מַה מִשְׁפַּט הָאִישׁ quod iudicium, ſiue quis habitus illius viri? Eſt autē obſeruandum, quando poſt מִי vel מָה ſequitur aliud relatiuum, tunc ipſum מִי uel מָה non ſonare quis uel quid, ſed is, uel id, ut מַה שֶּׁהָיָה id quod fuit.

De mutatione punctorum in nominibus. Cap. V.

QVINQVE ſunt cauſſæ, cur aliquando puncta vocalia mutentur in nominibus. 1. eſt accētus. 2. regimen genitiui 3. numerus multitudinis 4. genus fœmininū 5. coniunctio cum pronomine poſſeſſiuo, quod & affixum dici ſolet.

Accentus duobus modis puncta mutare ſolet, nam accentus diſtinguentes, nimirum ſiluc, Athnach, & Zacheph caton frequenter mutant vocales breues in longas ut – in ˙ ∴ in ¨ uel ˙ ⁝ in ו ⁖ in ו hinc propter huiuſmodi accētus ſæpè legimus שָׁמֶשׁ pro שֶׁמֶשׁ אָרֶץ pro אֶרֶץ & ſimilia; contra uerò accentus qui dicitur Maccaph

Maccaph vt plurimum uocales longas mutat in breues. hinc מָה ante maccaph uertitur in מַה־ & כֹּל uertitur in כָּל־ & ſic de cæteris.

Aliæ quatuor cauſæ non mutant omnia puncta, ſed ſolum quatuor, uidelicet ˑ ·· ∴ ו de quorum mutatione antequam explicemus obſeruanda ſunt duo; unum eſt, præter illa quatuor puncta, etiam ſceua interdum mutari, ſed ideo non numerari inter puncta mutabilia, quòd nec ſit punctum propriè, ſed ſemipunctum: nec mutetur ob illas cauſas ob quas mutantur alia puncta, ſed ſolū ne duo ſceuaim ita concurrant, ut utrumque uideatur legendum; tunc enim primum ſceua uertitur in chiric, ut uerbi gratia dicimus לִלְמוֹד pro לְלְמוֹד ſi autem primum ſceua ſit compoſitum, vt ſub gutturalibus ordinariè cōtingit, aufertur ſolum ipſum ſceua, & remanet purum patach, aut purum ſegol, ut pro עֲנִי dicimus עַנְיִ & pro עֲגָלוֹ dicimus עֶגְלוֹ. Alterum eſt quod obſeruari uolumus, nomina omnia aut eſſe monoſyllaba, aut diſſyllaba, aut poliſyllaba, ſed tamen eandem eſſe ratio-

nem

nem hoc loco diſyllaborum,& poliſyllaborum; in polyſyllabis enim non mutantur niſi duo ultima puncta, prioribus immotis permanētibus,niſi forte ſceua mutandum ſit in chiric, ne duo ſceuaim ſimul legantur, vt in nominibus fœmininis plerumque accidit. dicemus ergo ordine, qua ratione mutentur ſingula puncta tám in monoſyllabis,quàm in vltima, & penultima polyſyllaborum.

Monoſyllaba, quæ habent puncta mutabilia,illa ſunt quæ fiunt à radicibus incipientibus à nun,uel à iod, uel quæ deriuantur à radicibus duplicantibus ſecundam,uel habentibus literam uau in ſecūda,aut literam ה, in tertia. Et quidem primi ordinis unum tantum eſt monoſyllabum nimirum נֵרְדְּ nardus,quod in plurali facit נֵרְדִים cum affixo נִרְדִּי. Secundi ordinis duo ſolum inueniuntur nimirum צֵא egeſtio à uerbo יָצָא & דֵעַ ſcientia à יָדַע quæ punctum ſuum nunquam mutant. Tertii ordinis multa ſunt monoſyllaba, quæ quidem puncta ſua non mutant, donec monoſyllaba manent, ſi autem propter affixā pronomina aut aliā

De [illegible] in monoſyllabis,

De monoſyllabis ex radice Pe nun.

De monoſyllabis ex radice Pe iod.

De monoſyllab. ex radice duplicāte ſecundā.

quam-

quamlibet cauſam fiant polyſyllaba mutant longas uocales in breues, camets in patach, tſeri in chiric, cholē in chibbuts, quia tunc accedente tertia litera incipit daghes apparere, qui latebat in ſecunda vt עַז fortis in plurali facit עַזִּים; עֵז capra, in plurali עִזִּים · עֹז fortitudo, in plurali עֻזִּים ſunt etiā quinq; huius ordinis quę irregulariter mutant patach in chiric, vt סַף שַׁךְ צַר מַס פַּת · סִפִּים שִׁכִּים צִרִּים מִסִּים פִּתִּים ·

Demonoſyllab. ex radice aijn vau.

Quarti ordinis monoſyllaba ſunt etiā per multa, ſed quæ ordinarie puncta uocalia non mutant. Sunt tamen hic aliquot exceptiones. Prima quarundā uocum, quæ longas uocales in alias longas irregulariter mutant, nimirum רֹאשׁ & יוֹם טוֹב & quæ faciūt in plurali רָאשִׁים & יָמִים quod in regimine facit טוּב. Secunda eſt eorum nominum, quæ habent patach ſequente iod mobili ut זַיִת עַיִן quæ in regimine, cùm affixis, & in plurali mutant patach in tſeri, & iod mobile in iod quieſcens, dicimus enim זַיִת oliua זֵיתוֹ oliua eius זֵיתִים oliuæ זֵית הַשָּׂדֶה oliua campi, ſimiliter עַיִן חַיִל בַּיִת in regimine ſingulari faciunt

faciunt עַיִן חַיִל בַּיִת at in plurali paulo aliter nimirũ עֵינַיִם חֲיָלִים בָּתִּים. Tertia exceptio eſt eorum quæ uau quieſcens mutant in uau mobile, nimirum דּוּר שׁוּק שׁוּר quæ in plurali faciũt דְּוָרִים, שְׁוָקִים, שְׁוָרִים.

Quinti ordinis monoſyllaba, quæ plurima ſunt, ſi habeant camets; illud ſæpe mutant in regimine plurali in ſceua: alias autem nihil mutant, vt יָד in regimine יַד cum affixo יָדוֹ in plurali יָדַיִם in regimine plurali יְדֵי ſi autem habeant tſere, non mutant ſuum punctũ ut עֵץ עֵצוֹ עֵצִים excipiũtur בֵּן & שֵׁם, quæ in regimine ſingulari mutant tſere in ſegol, & cùm affixis in ſceua, in plurali autem בֵּן ſequitur regulam maſculinorũ, שֵׁם fœmininorũ, hoc modo בֵּן in regimine בֶּן cum affixo בְּנוֹ in plurali, בָּנִים שֵׁם in regim. שֶׁם cum affixo שְׁמוֹ in plurali שֵׁמוֹת. Sunt etiam duo quę habent ſegol פֶּה, & שֶׂה quorum prius uertit ſegol in chiric in regimine, & omnibus affixis, ac numero plurali, dicimus enim פֶּה in regimine פִּי cum affixo פִּיךָ in plurali פִּיִּם poſterius autem uertit ſegol in tſere in regimine; cum affixis uero loco, he, recipit iod mobile, hoc modo

Demonoſyllab. ex radice lamed he.

שֵׂה

שַׁי in regimine שַׁי cum affixo שַׁיוֹ.

de camets ſub penultima.

Nunc de polyſyllabis explicādum eſt. Camets igitur ſub penultima litera exiſtens mutatur ſemper in ſceua; quæcunque accidat cauſa mutationis, ut שָׁכֵן uicinus שְׁכֵנִים uicini שְׁכֵנוֹ uicin' eius שְׁכֵנָה uicina. Excipiuntur illa, quæ deriuantur a radice duplicante ſecundam literam; ea ſiquidem non mutant vnquam ſuum camets; dicimus enim מָגֵן in regimine מָגֵן cum affixo מָגִנִּי in plurali מָגִנִּים.

Quædam etiam ex ijs quæ deriuantur à radice habente, ה, in tertia, non mutāt ſuum camets, vt שָׂדֶה Quod in regimine quidem facit שְׂדֵה ſed in plurali & cùm affixis non mutat, dicimus enim שָׂדְךָ שָׂדִי שָׂדוֹת & שָׂדִים.

de camets ſub ultima.

Camets ſub ultima mutatur in ſingulari in patach ob regimen, & cum affixis כֶם & כֶן: mutatur uero in plurali, in ſceua ob regimen, & cum affixis הֶם הֶן, כֶם & הֶן alias inuariatum permanet, ut דְּבַר in regim. ſingul: דָּבָר in plurali דְּבָרִים in regim. דִּבְרֵי cum affixis uide exempla ſuperius pag. 41. Excipiuntur nomina quę habēt א in fine, illa enim

in regimine ſingulari nō mutant camets in patach, ſed manet camets, & in eo quieſcit litera א, vt צָבָא in regimine צְבָא Excipiunt etiam nomina, quæ deriuantur ex radice duplicante ſecundam, illa enim in plurali, & affixis mutant camets in patach, vt daghes in ſecunda litera infixus vim ſuam exercere poſſit, vt ſupra dictum eſt cum de monoſyllabis ageremus.

Tſere in penultima nunquam mutatur, niſi poſt ſe habeat camets aut ſegol, tunc autem mutatur in ſceua, vel chiric ne duo ſceuaim ſimul concurrant in principio, vt שֵׂכָר in regimine שְׂכַר cum affixo שְׂכָרוֹ in plurali שְׂכָרִים, in regim. plurali שִׂכְרֵי Excipiuntur illa, quæ poſt tſere habent י illa enim nunquam mutant ſuum tſere, vt הֵיכָל הֵיכָלוֹ templum eius. Notandum uero eſt nomina quæ habent ſub una litera, ¨, ſub altera, ∴, quæ dicuntur quinque punctorum, in regimine ſingulari nihil mutare. Notandum etiam nomina quæ habent ſupra eiuſmodi punctum tſere, ה, aut, ע, mutare ſuum tſere, non in ſceua, ſed in chiric quando

De tſere ſubpenultima.

do ſequuntur affixa, ut ab עֶשֶׂב fit עִשְׂבּוֹ, ab עֵמֶק fit עִמְקוֹ, ſæpe etiam vertitur in : compoſitum, vt ∴ vel –: nam in ſingulari cum omnibus affixis, & in plurali in regimine, & cum affixis הֶם הֶן · כֶם כֶן mutatur .. in ∴ & ne duo ſceuaim cōcurrāt ex ∴ tollitur : & remanet purum ∴ in plurali autem ſtatus abſoluti, & cæteris affixis, vertitur .: in –: exemplum עֵגֶל cum affixo in ſingulari עֶגְלוֹ, cum affixo in plurali עֲגָלָיו.

De tſere ſub ultima.

Tſere ſub vltima, ſi in penultima fuerit camets, mutatur in patac vel in ſceua, vel non mutatur, ad eū modū prorſus quo camets ſub vltima, ſunt enim omnino ſimilia nomina, quę habēt duplex camets, vt דָּבָר · & quæ habent camets & tſere, vt שָׁכֵן ·: At vero ſi ante ·· non ſit · ipſum ·· in regimine ſingulari manet immotum, alias autem ſemper in : permutatur, quæcunque accidat mutationis cauſa. Exemplum כּוֹרֵם vinitor, in regimine כּוֹרֵם cum affixo כּוֹרְמוֹ in plurali כּוֹרְמִים & ſic de alijs. Sunt autem duæ exceptiones obſeruandæ; Prima, ſi accidat propter mutationem huius ·· in :, vt duo ſceuaim in medio dictionis videātur

legen-

legenda, ſceua ex hoc ·· deſcēdēs vertetur in ·:· vt כּוֹרְמְכֶם & כּוֹרְמְכֶן dicemus pro כּוֹרַמְכֶן & כּוֹרַמְכֶם. Secunda in ijs nominibus, quæ deriuantur a radice duplicante ſecundam, ·· ſub vltima non mutatur in : ſed in ·· vt מָגֵן in regimine מְגֵן cū affixo מָגִנּוֹ in plurali מָגִנִּים.

Segol, ſub penultima, quādo ſequitur alterum ſegol, in regimine ſingulari nihil mutat, alias autem, quæcūq; accidat mutationis cauſa, vertitur in ſceua, & ne duo ſceuaim initio concurrant, primum vertitur in chiric, aut in patach, vt בֶּגֶד in regimine בֶּגֶד cum affixo בִּגְדוֹ in plurali בְּגָדִים: item מֶלֶךְ in regimine מֶלֶךְ cum affixo מַלְכּוֹ in plurali מְלָכִים: De ſegol ſub penultima.

Segol ſub vltima ordinarie mutatur in ſceua, præterquam in plurali ſtatus abſoluti, & cum affixis alijs quàm הֶן הֶם כֶן כֶם quibus in locis mutatur in camets. Exemplum, vt מֶלֶךְ cum affixo מַלְכִּי מַלְכּוֹ &c. in plura: מְלָכִים cum affixis מְלָכָיו מַלְכֵיכֶם De ſegol ſub vltima.

Eſt autem hoc loco obſeruādum, quod ſi alicuius nominis tertia litera ſit ח aut ע,

tunc loco vltimi ∴ ſubſtituetur -, & ſi media litera ſit ה aut ע tunc pro vtroq; ∴ duplex - conſtituetur; quæ puncta - cum locum obtineant ∴, eodem modo mutabũtur, quo ipſũ ∴ mutari ſolent. Exempla ſũt פֶּסַח non פֶּסֶח : זֶרַע non זֶרֶע : נַחַל non נֶחֶל : בַּעַל non בֶּעֶל :

De cholē ſub penũltima.

Cholem ſub penultima non mutatur vnquam niſi poſt ſe habeat ∴, aut -, vt חֹדֶשׁ תֹּאַר tunc autē mutatur ſemper in ׃ quæcunq; accidat cauſa mutationis, excepto regimine ſingulari, vbi nulla fit mutatio. Exemplum חֹדֶשׁ in regim. חֹדֶשׁ cum affixo חָדְשׁוֹ in plurali חֳדָשִׁים in regim. חָדְשֵׁי cum affixo חֳדָשָׁיו. Eſt autem obſeruandũ quod ſi media litera ſit gutturalis, tũc ſub prima ponitur - ſub ſecũda ׃ vt אֹהֶל cũ affixo אָהֳלוֹ : Præterquam in plurali abſoluto & ſex affixis ei cognatis. tunc enim prima litera eſt cum cholem, uel cum - ſecunda cũ ׃.

De cholē ſub ultima.

Cholē ſub vltima ſemp manet immobile, vt גָּדוֹל in regim. גְּדוֹל cũ affixo גְּדוֹלוֹ in plurali גְּדוֹלִים & de cæteris ad eundem modum.

PARS TERTIA QVÆ EST DE VERBO.

De Verbo in genere. Cap. I.

VERBO in vniuerſum accidūt ſex, modus, tempus, perſona, genus, numerus, coniugatio. Modos Hebræi hābēt duos, Imperatiuū, & infinitiuum; tempora, tria, præteritum, præſens, & futurū. Quæ omnia hunc habent ordinē. Primo loco ſtatuūt עָבָר id eſt præteritum, tum quod ordine naturæ præcedat reliqua tēpora, tum quod in eo contineatur thema ſiue radix ipſa, vnde formātur cæteræ omnes voces reliquorum temporum. Porro hoc vnum præteritum pro loci exigentia explicandum eſt ita, vt nunc perfectum, nunc imperfectum, nūc pluſquam perfectum tempus deſignet; & nunc ad modū indicatiuum, nunc ad optatiuum, nunc ad coniunctiuū refertur. Secundo loco בֵּינוֹנִי id eſt, intermedium, quod nos vocamus participium actiuum ſiue præſens. vocatur autem intermediū, quia utimur

De modis & temporibus uerborum.

eo ad ſignificandū præſens tempus, quod
eſt medium inter præteritum & futurum.
Tertio loco ponunt participium paſſiuū,
ſiue præteritū quod ipſi uocant פָּעוּל quæ
uox deſumpta eſt ab antiquo paradigma
te, quomodo ſi nos participium paſſiuū
uocaremus, Amatus. Quarto loco po
nunt Infinitiuum, quem מָקוֹר appellāt,
id eſt, fontem, quod uidelicet modus ſi-
gnificandi ab eo fluat, & in diuerſa diſcri
minetur tempora. ex infinitiuo gerundiū
formant, auxilio harum quatuor litera-
rum בכלם vt infra demonſtrabimus.
Quinto loco ponunt Imperatiuum, quē
dicunt צִוּוּי qui ſolum ſecundam perſonā
comprehendit. Poſtremo addunt Futu-
rum quod nominant עָתִיד id eſt paratum
quod ſignificat rem futuram iam eſſe pa-
ratam, ut fiat. Porro hoc etiam tempus
nunc per indicatiuum, nunc per optati-
uum, nunc per ſubiunctiuū pro loci exi-
gentia uertendum erit. Eſt uero huius
temporis uſus frequentiſſimus, ſepe enim
accipitur pro præterito perfecto, ac potiſ-
ſimum apud prophetas; interdū pro im-
perfecto, ut num. 10. עַל פִּי יְהוָה יַחֲנוּ iuxta
præ-

præceptum domini caſtrametabantur; interdum etiam pro præſenti quando uidelicet continuatio quædam actionis indicatur, vt Eccl. 1. quid habet homo amplius in omni labore ſuo שֶׁיַּעֲמֹל quo laborat ſub ſole. Denique etiam non raro uſurpatur pro imperatiuo, ut Gen. 1. יְהִי אוֹר ſit lux.

Perſonæ ſunt tres, prima, ſecunda, tertia. Incipiunt autem Hebræi a tertia, & ab ea per ſecundam ueniunt ad primā: propterea quod ſemper uerbū in tertia perſona ſimplicius eſt; & inde per additionem formantur cæteræ uoces. De perſonis.

Genus triplex eſt in uerbis, vt in nominibus, maſculinum, fœmininum, commune; & ſepiſſime ex uerbo cognoſcitur cuius generis ſit nomen, quod cum eo coniungitur. De genere. Numeri in verbis non ſunt niſi duo, ſingularis, & pluralis. duali numero uerba carent. De numero.

Coniugatio propriè non eſt niſi una, omnia enim uerba eodē modo inflectuntur, quia tamen coniugatio iſta vna, quātum ad ſignificationem, & primas uoces, octo modis uariatur, eoſq; modos coniu- De coniugatione.

gationes alii uocãt, loquemur & nos cũm multis, & octo eſſe coniugationes admittemus.

Prima dicitur פָּעַל ab antiquo paradigmate, quomodo ſi Latini primã coniugationẽ uocarent, Amo, & Græci τύπτω. hinc etiam Hebręi ex tribus literis thematis primam uocant פ ſecundam ע tertiã ל. Diſtinguitur hæc prima coniugatio ab aliis, quòd hæc nihil habet præter litteras thematis, nec ulla litera, aut puncto additio grauatur, vt cæteræ omnes. quocirca dicitur בִּנְיַן קַל id eſt, coniugatio lenis. Continet uerba partim abſoluta, & partim tranſitiua; item partim actiua, & partim neutra.

Secunda dicitur נִפְעַל ab eodem antiquo paradigmate, ſi enim ad פָּעַל addas, נ, fiet per aliquam punctorum mutationem נִפְעַל. Differt hæc a cęteris quod ſemper nun in capite gerit, uel loco eius, habet daghes infixũ in prima litera thematis. continet uerba paſſiua; ea enim quæ actiua erant in prima coniugatione, paſſiua ſunt in ſecunda. Complectitur quoque aliqua actiua, quæ ſunt ſimilia depo-

deponentibus apud Latinos ut נִשְׁבַּע iurauit. eſt enim generalis regula, vt ea uerba quæ in Kal nō ſunt in uſu, cuiuſcumq; alterius coniugationis ſint, exponantur iuxta ſignificationem uerborum Kal.

Tertia dicitur פִּעֵל ab eodē paradigmate, differt a cæteris, quod habet ſemper daghes forte in ſecunda thematis, ſi eius ſit capax, ut לִמֵּד ſi uero non ſit eius capax, ponitur ſub prima thematis, vocalis longa ut מֵאֵן. Continet uerba actua in triplici ſignificatione, quæ enim in Kal erant neutra, hic ſunt actiua, ut שָׁכַן ſtetit שִׁכֵּן conſtituit; Et quæ in Kal erant actiua, hic ſunt actiua, ſed magis intenſa ſignificatione ut שָׁבַר fregit שִׁבֵּר confregit: Et interdum quæ in Kal unum ſignificabant, hic ſignificant eius contrarium ut שָׁרַשׁ radicauit שֵׁרֵשׁ eradicauit.

Quarta dicitur פֻּעַל differt a cæteris, quod habet ordinariè chibbuts ſub prima thematis. continet uerba paſſiua reſpondentia actiuis coniugationis ſuperioris.

Quinta dicitur פּוֹעַל differt a cæteris, quod ſemper habeat vau quieſcens poſt

primam

primam thematis;vnde dici ſolet quadrata coniugatio, propter quatuor literas, quibus conſtat; quanquam propriè illud uau non literæ, ſed puncti ſiue motionis munere fungitur. Continet uerba communia, id eſt, quæ nunc actiuam, nunc paſſiuam habent ſignificationem, ut apud latinos, oſculor, & amplector.

Sexta dicitur הִפְעִיל differt à cæteris, quòd habet iod ante ultimam thematis, & ה in principio. Continet verba tranſitiua; quæ enim in Kal abſoluta erant, hic ſunt tranſitiua, & quæ in Kal tranſitiua erant,hic duas actiones ſignificant.

Septima dicitur הָפְעַל differt a cæteris, quòd initio habet, ה, cùm camets-catuph, continet paſſiua reſpondentia actiuis ſuperioris coniugationis.

Octaua dicitur הִתְפַּעֵל uel הִתְפּוֹעֵל differt a cæteris, quòd initio habet particulam הִתְ præfixam themati; continet actiua & paſſiua ſimul, id eſt, ea quæ ſignificant actionem eiuſdem in ſeipſum, & idcirco nulla eſt paſſiua coniugatio huic reſpondens.

R.He-

R. Helias Germanus, quem pleriq; re centiorum ſequũtur, vnam atq; eandem eſſe vult coniugationem פּוֹעֵל cum coniugatione פִּעֵל; cuius rei eam ad fert rationem, quod non inueniatur coniugatio פּוֹעֵל niſi in verbis quæ habent vau quieſcens in medio; quæ verba cũ non poſſint daghes impreſſum habere in ſecũda thematis, & proinde non poſſint habere piel more aliorum verborum, duplicant tertiam thematis, & loco piel faciunt poel, vt in verbo בון quia non poſſumus dicere בִּוֵן dicimus בּוֹנֵן. Contrarium docent, ac, ut nobis quidem uidetur, probabilius

R. Dauid kimchi, aliiq; ueteres grammatici, quos Sanctes Pagninus in ſuis inſtitutionibus ſequitur. Nam falſum eſt imprimis, non inueniri Poël niſi in uerbis quieſcentibus aijn, ſiquidem in ſcripturis legimus שׁוֹפֵט Iudic. 4. u. 4. לוֹשֵׁן Pſal. 101. u. 5. שׁוֹרֵשׁ Iſai. 40. u. 24. אוֹכֵל Iob. 20. Deinde non fuit neceſſe propter uerba quieſcentia aijn, mutare ipſum Piel: nam quemadmodum uerba defectiua, quia non poſſunt ſimul eſſe de-

fe-

ſectiua & habere coniugationem Piel, deſinunt in Piel eſſe defectiua, ut infra patebit; ita etiam quieſcentia, ſi non poterant eſſe quieſcentia, & ſimul habere Piel, poterant in Piel deſinere eſſe quieſcentia; imo reipſa quædam eiuſmodi uerba habent uerum Piel, ut אִוָּה דִּיֵּר טִיֵּב קִיֵּם quod ergo quieſcentia aijn ut plurimum non habeant Piel, non ideo accidit quòd nullomodo poſſent habere, Sed quod uiſum ſit commodius, ut haberent Poël ommiſſo Piel, quemadmodum multa alia uerba non habent kal, ſed niphal in ſignificatione ipſius kal. Præterea, quæcumque fuerit occaſio excogitandi coniugationem Poël, cum diſtinguatur Poël uoce & ſignificatione ab omnibus aliis coniugationibus, ut notum eſt, cur quæſo non erit noua coniugatio? Accidit poſtremo, quod coniugatio Poël, non parum facit ad perfectum numerum ſignificationum. Nam omne uerbum aut ſignificat actionem, aut paſſionem, aut neutrum, aut utrumque, unde exiſtunt uerba actiua, paſſiua, neutra,

com-

communia. Præterea actiua, aut ſignificant actionem eiuſdem in ſeipſum, aut alterius in alterum; & ſi alterius in alterum, aut per ſe, aut per aliũ. Iam igitur ſi uelis apud Hebræos uerbum quod ſignificet actionem eiuſdem in ſe, habes in coniugatione Hitpael, cui propterea non reſpondet paſsiua coniugatio, quia in actione immanente idem eſt agens & patiens: ſi uelis uerbum quod ſignificet actionem alterius in alterum immediate, habes in coniugatione Piel, cui reſpondet paſsiuã coniugatio Pual: ſi uelis uerbum, quod ſignificet actionem alterius in alterum mediate, id eſt, per alium, habes in coniugatione Hiphil, cui reſpondet paſsiua coniugatio Hophal: ſi uelis uerbum neutrum, habes in κal; & quia quædam in κal interdum ſunt actiua, reſpondet ei coniugatio paſsiua Niphal: ſi denique uelis uerbum commune, habes Poël. Nunc ad faciliorem prædictorum intelligentiam tabulam omniũ coniugationum cum duplici paradigmate ſubiiciemus.

	Fecit	Didicit
1	פָּעַל	לָמַד
	Factus eſt	Doctus eſt
2	נִפְעַל	נִלְמַד
	Diligenter fecit	Docuit
3	פִּעֵל	לִמֵּד
	Diligenter factus eſt	Doctus eſt ab alio
4	פֻּעַל	לֻמַּד
	Fecit vel factus eſt	Docuit, vel doctus eſt
5	פּוֹעֵל	לוֹמֵד
	Fecit operari	Fecit docere
6	הִפְעִיל	הִלְמִיד
	Factus eſt operari	Factus eſt docere
7	הָפְעַל	הָלְמַד
	Fecit ſe ipſum	Docuit ſe ipſum.
8	הִתְפַּעֵל	הִתְלַמֵּד

De Verbo perfecto. Cap. II.

EXPLICVIMVS de verbo in genere, nunc de ſingulis verborum formis explicandū eſt. Sunt igitur veborum Hebraicorum, alia perfecta, & alia imperfecta. Perfecta dicuntur quæ ſolum tres literas habent in themate, & ex ijs nulla excidit inter coniugandum: imperfecta dicūtur quæ vel conſtant pluribus quam tribus literis, aut ex tribus inter coniugandum aliquā amittunt. incipiamus a perfectis.

Paradigma verbi perfecti in prima Coniugatione kal.

Præterium עָבָר

Didiciſtis f g	.Didiciſtis m.g.	Didicit m.g.
לְמַדְתֶּן:	לְמַדְתֶּם	לָמַד
	Didicimus c. g.	Didiciſti m.g.
Participium actiuum.	לָמַדְנוּ	לָמַדְתָּ
בֵּינוֹנִי	Didicit f. g.	Didici c. g.
	לָמְדָה	לָמַדְתִּי
Diſcens m.g.	Didiciſti f. g.	Didicerunt m.g.
לוֹמֵד	לָמַדְתְּ	לָמְדוּ

diſcen-

Diſcam c.g. אֶלְמוֹד

Diſcet m.g. יִלְמוֹד

Diſces m.g. תִּלְמוֹד

Diſcemus c.g. נִלְמוֹד

Diſcent m.g. יִלְמְדוּ

Diſcetis m.g. תִּלְמְדוּ

Diſcent f.g. תִּלְמוֹד

Diſces f.g. תִּלְמְדִי

Diſcent, & Diſcetis f.g. תִּלְמוֹדְנָה׃

in diſcendo בִּלְמוֹד

cũ diſceres כִּלְמוֹד

ad diſcendũ לִלְמוֹד

a diſcendo. מִלְּמוֹד׃

Imperatiuus צִוּוּי

Diſce m.g. לְמוֹד

Diſcite m g. לִמְדוּ

Diſce f g. לִמְדִי

Diſcite f.g. לְמוֹדְנָה׃

Futurum עָתִיד

Diſcentes m.g. לוֹמְדִים

Diſcens f.g. לוֹמֶדֶת vel לוֹמְדָה

Diſcentes f g. לוֹמְדוֹת׃

Participium paſſiuum. פָּעוּל

Doctus m.g. לָמוּד

Docti m.g. לְמוּדִים

Docta f.g. לְמוּדָה

Doctæ f.g. לְמוּדוֹת׃

Infinitiuus מָקוֹר

Diſcens לְמוֹד vel לָמוֹד

Circa præteritum, obſerua, primo tertiam perſonam præteriti, quæ eſt ipſum thema, vnde cætera omniader iuantur in hac coniugatione ordinarie habere ſub prima

prima litera camets, ſub ſecunda patach ut לָמַד tamē interdum etiam habere ſub ſecunda tſeri, uel cholem ut זָקֵן ſenuit יָכֹל potuit: & quidem quæ habent tſeri, inflecti, ſicut illa quæ habent patach ut זָקֵן זָקַנְתָּ זָקַנְתִּי quæ autem habent cholē, in toto præterito ſeruare ſuum cholem, præterquam in tertia perſona ſing. fœminini generis quę facit יָכְלָה & in tertia pluralis numeri quę facit יָכְלוּ

Obſerua ſecundo, primam perſonam in omni tempore & modo ſemper eſſe communis generis; quando enim aliquis dicit, facio, diſco, uiſito, facile cognoſcitur ex ipſa uoce, & aſpectu dicentis, an ſit maſculus uel fœmina prima illa perſona, quæ loquitur: ſi uero quis dicat, facies, uel faciet, & ſimul adſint uir, & fœmina ambiguum erit de quo ſit ſermo, niſi loquendo diſtinguantur ſexus.

Obſerua tertio, a tertia perſona ſingularis numeri maſculini generis formari tertiam perſonam ſingularis numeri fœminini generis, per ſolam additionem literæ ה, quę eſt nota generis fœminini, reliquas autem perſonas utriuſque generis

& numeri, formari ab eadem per additionem pronominum affixorum ut in paradigmate apparet. quanquam hoc loco non habent pronominum ſignificationem, ſed ſolum notæ ſunt perſonarum, generum, & numerorum.

Circa participiũ nota primo, participia non coniugari, ſed declinari more nominum, & idcirco carere perſonis. Secundo nota, interdum, ſed raro, in participio maſculini generis loco tſere eſſe chiric longum; ſunt enim duo illa puncta inuicem mutabilia ut תּוֹמִיךְ pro תּוֹמֵךְ. Nota tertio, in iis uerbis quæ in præterito habent camets & tſere, participium & præteritum uoce nõ diſtingui. dicimus enim impleuit מלא & מָלֵא plenus.

Circa infinitiuum primo nota, ex literis illis quatuor בכלם quæ formãt gerundia, primas tres debere ſub ſe habere ſceua, hic tamen habere chiric, ne duo ſcheuaim initio concurrant; literam autem מ, habere chiric ſequente daghes quia non eſt ſola litera, מ, quæ format gerundium; ſed integra præpoſitio מִן ex qua propter euphoniã abiicitur litera, ן, & loco eius ponitur daghes in ſequenti. & ſi ea

ſi eá fuerit gutturalis, mutatur punctum breue in longum; id eſt, chiric in tſere, ut מֵעֲבוֹר. Secundo nota, quando prima thematis eſt gutturalis, & proinde in infinitiuo non habet ſceua ſimplex, ſed cateph patach, uel chateph ſegol, tūc literas בכל quæ formant gerundium; & literas איתן quæ formant futurum non poſſe habere ſub ſe ſceua, uel chiric, ſed patach, aut ſegol, id eſt, punctum affine ei, quod eſt ſub prima thematis. itaq; dicemus in infinitiuo בַּעֲבוֹר pro בְּעֲבוֹר & in futuro יַעֲבוֹר pro יְעֲבוֹר. Tertio nota, literam ל cūm additur ad infinitiuū, ordinariè quidem ſub ſe recipere ſceua, at ſi infinitiuus ſit monoſyllabus, aut habeat accētum in penult. requirere camets ut לָשֶׁבֶת לָגוּר excipitur infinitiuus qui more nominis regit aliquādo genitiuū, is enim retinet ſceua ut לְשֶׁבֶת אַבְרָם. Excipitur etiā uox illa לֵאמוֹר ubi duplex ſegol mutatur in tſere propter frequentiſſimū uſum eius dictionis. dicimus enim לֵאמוֹר pro לֶאֱמוֹר.

Circa Imperatiuū nota primo, Imperatiuū ordinarie terminari in cholē, nec di-

ſtingui uoce ab infinitiuo, tñ interdũ etiã terminari in patach, nimirũ quando uerbũ eſt neutrũ, aut habet in ſecunda thematis literã gutturalẽ, aut in tertia thematis, ח, uel ע: exempla שְׁכַב iace גְּאַל redime פְּתַח aperi, שְׁמַע audi. Idem dicendum eſt de futuro, quod ſemper ſequitur terminationem Imperatiui. Nota ſecundo, in Imperatiuo generis fœminini, numeri pluralis interdum excidere ultimũ ה, & remanere tamẽ ſub nun finali punctum camets ut שְׁמַעַן pro שְׁמַעְנָה interdum quoque excidere etiam camets.

Circa Futurum nota, formari futurum ab Imperatiuo additis quatuor literis uidelicet אֵיתָן. quarum א eſt ſignum primæ perſonæ, communis generis, numeri ſingularis; iod, eſt ſignum tertiæ perſonæ, generis maſculini, utriuſque numeri: ת, eſt ſignum ſecundæ perſonæ, generis maſculini, utriuſque numeri, & omnium perſonarum generis fœminini; נ, eſt ſignum primæ perſonæ, communis generis, numeri pluralis.

Con-

Coniugatio ſecunda Niphal.

Præteritũ
נִלְמַד
נִלְמַדְתָּ
נִלְמַדְתִּי
נִלְמְדוּ
נִלְמַדְתֶּם
נִלְמַדְנוּ
נִלְמְדָה
נִלְמַדְתְּ
נִלְמַדְתֶּן:

Benoni
נִלְמָד
נִלְמָדִים
נִלְמָדָה uel
נִלְמֶדֶת
נִלְמָדוֹת:

Infinitiuus
הִלָּמֵד
בְּהִלָּמֵד
כְּהִלָּמֵד
לְהִלָּמֵד
מֵהִלָּמֵד:

Imperatiuus
הִלָּמֵד
הִלָּמְדוּ
הִלָּמְדִי
הִלָּמַדְנָה:

Futurum
אֶלָּמֵד
יִלָּמֵד
תִּלָּמֵד
נִלָּמֵד
יִלָּמְדוּ
תִּלָּמְדוּ
תִּלָּמֵד
תִּלָּמְדִי
תִּלָּמַדְנָה:

Circa præteritum nota primo, non differre hanc coniugationem a prima, niſi quod hic addit̃ נ , & prima thematis quæ habebat camets, hic ſemꝑ habeat ſceua. Nota ſecundo, quod ſi prima thematis ſit gutturalis, punctũ ipſius, נ , non erit chiric, ſed ∵ vel –, vt ſit affine puncto litteræ gutturalis, quod non eſt ſceua ſimplex, ſed compſitum vt נֶעֱבַר non נִעְבַּר: נֶעֱרַץ

נִעְבַּר ⁘ Circa participium nota primo, in omnibus paſſiuis coniugationibus, id eſt, Niphal, Pual, Hophal, Hithpaël, deſiderari participium præteritum ſiue paſſiuum. Secundo nota, in Niphal, Pual, Hophal, participium præſens idem eſſe cum præterito, niſi quod in præterito vltimum punctum eſt patach, in participio camets. Circa Infinitiuum, Imperatiuũ, ac Futurum nota primo, hæc omnia carere litera, נ, & ideo loco eius infigi daghes in prima thematis, atq; vt id ſentiri poſſit, addi ad Infinitiuum & imperatiuum literã, ה, quod non fuit neceſſarium in futuro, cum idem præſtare poſſint litere איתן Nota ſecũdo, ſi prima thematis ſit gutturalis, aut, ר, quæ non recipiunt daghes, mutari punctum breue literę præcedentis in longum, id eſt, chiric, vel ∴ in ·· vt pro הִעָבֵר dicimus הֵעָבֵר & pro אֵעָבֵר · אֶעָבֵר

Nota tertio, in Infinitiuo cũ literis בכלם interdũ omitti illud, ה, addititium, licet nõ ſemp ut בֵּעָטֵף Thren. 2. legimus pro בְּהֵעָטֵף Reperitur etiam, licet rariſſime א pro ה nec non ipſum נ ſeruatum in Infinitiuo & Imperatiuo. Item chiric ſub א

in

in Futuro loco ſegol. Nota quarto, in Infinitiuo, Imperatiuo, & Futuro, vltimũ pũctum ordinarie eſſe tſere, ſed illud mutari interdum in ∴ quãdo videlicet accentus retrahitur ad penultimam, vt הִשָּׁמֶר interdum in patach, quando ſcilicet vltima litera eſt ח vel ע quod fit gratia breuitatis vt הִשָּׁמַע pro הִשָּׁמֵעַ:

Coniugatio tetia Piel.

מְלֻמָּד:	מְלַמְּדָה	Præteritũ
Imperatiuus	uel מְלַמֶּדֶת	לִמֵּד
לַמֵּד	מְלַמְּדוֹת:	לִמַּדְתָּ
לַמְּדוּ	Paul	לִמַּדְתִּי
לַמְּדִי	מְלֻמָּד	לִמְּדוּ
לַמֵּדְנָה:	מְלֻמָּדִים	לִמַּדְתֶּם
Futurum	מְלֻמָּדָה	לִמַּדְנוּ
אֲלַמֵּד	מְלֻמָּדוֹת:	לִמְּדָה
יְלַמֵּד	Infinitiuus	לִמַּדְתְּ
תְּלַמֵּד	לַמֵּד	לִמַּדְתֶּן:
נְלַמֵּד	בְּלַמֵּד	Benoni
יְלַמְּדוּ	כְּלַמֵּד	מְלַמֵּד
תְּלַמְּדוּ	לְלַמֵּד	מְלַמְּדִים

תְּלַמֵּד
תְּלַמְּדִי
תְּלַמֵּדְנָה

Circa præteritum nota, aliquādo ſecundam thematis inueniri cum patach, vt בֵּרַךְ quod idem accidit imperatiuo vt פַּלַּג diuide, pro פַּלֵּג.

Circa participium nota, addi ad participium huius coniugationis, & etiam cō iugationis Hiphil & Hitpaël literam מ & quod punctū habet eiuſmodi litera, idem habere etiam literas אֵיתָן in his tribus coniugationibus.

Circa totam coniugationem nota, ſi ſecunda thematis ſit gutturalis aut, ר, mutari ſub prima thematis punctum breue in longum, ׁ in ֵ, ַ in ָ, ֻ in וֹ, vt בֵּרַךְ benedixit מְבָרֵךְ benedicens, מְבוֹרָךְ bene dictus בָּרֵךְ benedicere, & benedic, אֲבָרֵךְ benedicam. Sunt hic tamen exceptiones. nam & quædam verba reperiuntur, vbi ſecunda thematis non eſt capax daghes, & nihilominus perſeuerat ſub prima thematis punctū breue, vt נִחַם, & quædam alia, vbi ſecunda thematis eſt capax daghes & tamen illud non habet, vt מִלְאוּ

Coniu-

Coniugatio Quarta Pual.

אֲלֻמַּד	לֻמַּדְתֶּן:	Præteritũ
יְלֻמַּד	Benoni	לֻמַּד
תְּלֻמַּד	לֻמָּד	לֻמַּדְתָּ
נְלֻמַּד	לֻמָּדִים	לֻמַּדְתִּי
יְלֻמְּדוּ	לֻמָּדָה	לֻמְּדוּ
תְּלֻמְּדוּ	לֻמָּדוֹת:	לֻמַּדְתֶּם
תְּלֻמַּד	Infinitiuus	לֻמַּדְנוּ
תְּלֻמְּדִי	לֻמּוֹד	לֻמְּדָה
תְּלֻמַּדְנָה:	Futurũ	לֻמַּדְתְּ

Hæc coniugatio nõ eſt vſq; adeo in vſu- & caret participio paſſiuo, imperatiuo, & gerundiis. Sunt hic etiam aliquæ exceptiones. nam interdum ſub prima thematis inueniĩ ·: vt שֻׁדְּדָה vaſtata eſt. interdũ euphoniæ gratia excidit daghes, & ponitur ſcurec loco chibuts vt יוּלַּד natus eſt.

Coniugatio quinta Poel.

		Præteritum
לוֹמְדָה	לוֹמְדוּ	לוֹמַד
לוֹמַדְתְּ	לוֹמַדְתֶּם	לוֹמַדְתָּ
לוֹמַדְתֶּן	לוֹמַדְנוּ	לוֹמַדְתִּי

Benoni

Futurū	Infinitiuus	Benoni
אֲלוֹמֵד	לוֹמֵד	מְלוֹמֵד
יְלוֹמֵד	בְּלוֹמֵד	מְלוֹמְדִים
תְּלוֹמֵד	כְּלוֹמֵד	מְלוֹמְדָה
נְלוֹמֵד	לְלוֹמֵד	uel מְלוֹמֶדֶת
יְלוֹמְדוּ	מִלּוֹמֵד:	מְלוֹמְדוֹת:
תְּלוֹמְדוּ	Imperatiuus	Paul
תְּלוֹמֵד	לוֹמֵד	מְלוֹמָד
תְּלוֹמְדִי	לוֹמְדוּ	מְלוֹמָדִים
תְּלוֹמֵדְנָה:	לוֹמְדִי	מְלוֹמָדָה.
	לוֹמֵדְנָה:	מְלוֹמָדוֹת:

Obſeruandum eſt hanc coniugationē non differre quantum ad inflexionem a coniugatione Piel, niſi in prima radicali, quæ ſemper habet uau quieſcens in cholem. Obſeruandum ſecundo, interdum terminari uerba huius coniugationis in patach, uel camets, & tunc potiſſimum, cū accipiuntur in paſſiua ſignificatione.

Coniugatio ſexta Hiphil.

Præteritum

הִלְמַדְתֶּם	הִלְמַדְתִּי	הִלְמִיד
הִלְמַדְנוּ	הִלְמִידוּ	הִלְמַדְתְּ
הלמידה		

הַלְמִידִי	מְלֻמָּדָה	הִלְמִידָה
הַלְמֵדְנָה:	מְלֻמָּדוֹת:	הִלְמַדְתְּ
Futurum	Infinitiuus	הִלְמַדְתֶּן:
אַלְמִיד	הַלְמִיד	Benoni
יַלְמִיד	uel הַלְמֵד	מַלְמִיד
תַּלְמִיד	כְּהַלְמִיד	מַלְמִידִים
נַלְמִיד	כְּהַלְמִיד	מַלְמִידָה
יַלְמִידוּ	לְהַלְמִיד	uel מַלְמֶדֶת
תַּלְמִידוּ	מֵהַלְמִיד:	מַלְמִידוֹת:
תַּלְמִיד	imperatiuus	Paul
תַּלְמִידִי	הַלְמֵד	מֻלְמָד
תַּלְמֵדְנָה :	הַלְמִידוּ	מֻלְמָדִים

Circa præteritum nota primo,ſi prima ſit gutturalis ſub litera ה non fore chiric, ſed ſegol ut הֶעֱבִיר Secundo nota, ultimum iod nō inueniri niſi in tertiis perſonis: quanquam interdum etiam excidit in tertia perſona fœminini generis ut הוֹתְרָה pro הוֹתִירָה a uerbo יָתַר.

Circa participium nota primo, abiici literam ה, & punctum eius trahi ad literam, מ, euphoniæ gratia, dicitur enim מַלְמִיד pro מְהַלְמִיד quod idem ſeruatur

in

in futuro ſub literis אִיתָן ut אַלְמִיר pro אֲהַלְמִיר Aliquando tamen præter regulam in futuro reperitur, ה, ſimul cum literis אִיתָן ut יְהוֹשִׁיעַ pro יוֹשִׁיעַ. Nota ſecundo, ſi prima ſit gutturalis, ſub illa poni ֳ: in Paul, & ſub, מ, poni ֻ ut מָעֳמָד quod idem in toto Hophal ſeruatur.

Circa Infinitiuum, Imperatiuum, & futurum nota primo, ultimum chiric longum ſępe mutari in tſere, & propter maccaph, in ſegol ut הַשְׁלֶךְ־נָא ׃ הַשְׁלֵךְ. Interdum etiam mutari in patach, ut הַנְחַת & interdum in ſceua ut יַדְרְכוּ pro יַדְרִיכוּ Nota ſecundo Infinitiuum aliquando reperiri in ſcripturis ſine, ה, literis uidelicet בְּכְלָם locum eius ſupplentibus ut לַשְׁבִּית pro לְהַשְׁבִּית. Nota tertio in Futuro quandoque excidere ultimum iod, & proinde ex chiric longo, fieri chiric breue, ut יַחְטִא pro יַחְטִיא.

Con-

Coniugatio ſeptima Hophal.

Præteritum		Futurum
הָלְמַד	הָלְמָד	אָלְמַד
הָלְמַדְתָּ	הָלְמָדִים	יָלְמַד
הָלְמַדְתִּי	הָלְמָדָה uel	תָּלְמַד
הָלְמְדוּ	הָלְמֶדֶת	נָלְמַד
הָלְמַדְתֶּם	הָלְמָדוֹת:	יָלְמְדוּ
הָלְמַדְנוּ	Infinitiuus	תָּלְמְדוּ
הָלְמְדָה	הָלְמַד	תָּלְמַד
הָלְמַדְתְּ	Participio præterito gerundiis & Imperatiuo caret hæc coniugatio.	תָּלְמְדִי
הָלְמַדְתֶּן:		תָּלְמַדְנָה:
Benoni		

Nota primo interdum loco ◌ֳ: inueniri ◌ֻ, ut הֻשְׁלְכָה. Nota ſecundo ſi prima thematis fuerit gutturalis, ſub illa debere poni ◌ֳ: & ſub, ה, poni debere ◌ָ in tota coniugatione ut הָעֳבַר.

Coniugatio octaua Hitpael.

Præteritum		
הִתְלַמֵּד	הִתְלַמְּדוּ	הִתְלַמְּדָה
הִתְלַמַּדְתָּ	הִתְלַמַּדְתֶּם	הִתְלַמַּדְתְּ
הִתְלַמַּדְתִּי	הִתְלַמַּדְנוּ	הִתְלַמַּדְתֶּן:

אֶתְלַמֵּד	כְּהִתְלַמֵּד	Benoni
יִתְלַמֵּד	לְהִתְלַמֵּד	מִתְלַמֵּד
תִּתְלַמֵּד	מֵהִתְלַמֵּד:	מִתְלַמְּדִים
נִתְלַמֵּד	Imperatiuus	uel מִתְלַמְּדָה
יִתְלַמְּדוּ:	הִתְלַמֵּד	מִתְלַמֶּדֶת
תִּתְלַמְּדוּ	הִתְלַמְּדוּ	מִתְלַמְּדוֹת:
תִּתְלַמֵּד	הִתְלַמְּדִי	Infinitiuus
תִּתְלַמְּדִי	הִתְלַמֵּדְנָה:	הִתְלַמֵּד
תִּתְלַמֵּדְנָה:	Futurum	בְּהִתְלַמֵּד

Nota primo, interdum ſub litera ; ה, poni -: uel ; loco chiric, ut הֲתְפַּקֵּד. Nota ſecundo interdum ת excidere, & loco eius poni daghés in prima thematis quod fere uſu uenit, quando prima thematis eſt ת, uel ט, uel ד, ne duæ literæ eiuſdē ſoni concurrant ut הִטַּהֵר pro הִתְטַהֵר. Nota tertio, aliquoties in hac coniugatione loco ה ſubſtitui, א, ut אֶתְחַבֵּר pro הִתְחַבֵּר. Nota quarto, ſi prima thematis ſit una ex his quatuor שׂ ס צ ז quæ ſonant, s, non poni ת ante primam thematis ſed poſt, ut הִשְׁתַּמֵּר nō הִתְשַׁמֵּר, הִסְתַּבֵּל non הִתְסַבֵּל. Præterea addendum eſt, mu

tari

tari debere ת, in ט, ſi prima thematis ſit צ, uel in ד, ſi prima thematis ſit, ז, ut הִצְטַדֵּק non הִצְתַּדֵּק : הִזְדַּמֵּן non הִזְתַּמֵּן quorum omnium ratio eſt, cacophoniæ euitatio. Nota quinto, ea uerba quæ mutant Piel in Poël mutare ſimiliter Hitpael in Hitpoël, quod quidem inflectitur ſicut ipſum Poël præmiſſis literis characteriſticis ipſius Hitpael.

De verbis Defectiuis. Cap. III.

VErba imperfecta ad quatuor claſſes reuocari poſsūt, quędā enim ſunt defectiua, quæ uidelicet inter coniugādum aliquam literam perdunt, & eius loco ſubſtituunt daghes; quædam ſunt quieſcentia, ea nimirum, quæ literā aliquam inter coniugandum amittunt, & eius defectum longa motione compenſant: Alia dicuntur compoſita, quod ex defectiuis & quieſcentibus, uel ex uario genere quieſcentium conſtent; Alia denique quatuor, uel quinque literarum uerba nominantur. quibus anomala quædam

quædam addi poſſunt. Ac ut à defecti-uis incipiamus.

Verba defectiua tribus generibus continentur, ſunt enim illa omnia defectiua, quæ in prima thematis habent, נ, & quę ſimiliter in prima thematis habent Iod ſequente litera, צ, & quæ habent tertiam thematis ſimilem ſecundæ. Nunc ſingulorum generum exempla ſubiiciemus; ac vt conſulatur breuitati, ea ſolum referentur in tabulas, quæ diſcrepant a perfectis.

Coniugationes defectiuorum Pe Nun, & Pe Iod.

		Verbum
תִּגַּשׁ	Imperatiuus	נָגַשׁ
נִגַּשׁ	גֵּשׁ uel גַּשׁ	Kal
יִגְּשׁוּ	גְּשׁוּ	Infinitiuus
תִּגְּשׁוּ	גְּשִׁי	גֶּשֶׁת
תִּגַּשׁ	גְּשְׁנָה:	בְּגֶשֶׁת
תִּגְּשִׁי	Futurum	כְּגֶשֶׁת
תִּגַּשְׁנָה:	אֶגַּשׁ	לָגֶשֶׁת
	יִגַּשׁ	מִגֶּשֶׁת:

NIPHAL

HOPHAL	Paul	NIPHAL
Præteritũ	מְגֻשׁ	Præteritũ
הֻגַּשׁ	מְגֻשִׁים	נִגַּשׁ
הֻגַּשְׁתָּ	Infinitiuus	נִגַּשְׁתָּ
Benoni	הֻגַּשׁ	Benoni
הֻגָּשׁ	בְּהַגִּישׁ	נִגָּשׁ
הֻגָּשִׁים	Imperatiuus	נִגָּשִׁים
Infinitiuus	הַגֵּשׁ	HIPHIL
הֻגֵּשׁ	הַגִּישׁוּ	Præteritũ
Futurum	Futurum	הִגִּישׁ
אֻגַּשׁ	אַגִּישׁ	הִגַּשְׁתָּ
יֻגַּשׁ	יַגִּישׁ	Benoni
תֻּגַּשׁ	תַּגִּישׁ	מַגִּישׁ
&c.	&c.	מַגִּישִׁים

Hac forma inflectuntur omnia uerba, quæ incipiunt per Nun, & quæ incipiunt per Iod ſequente צ ut יָצַב excepto uerbo יָצָא quod non ex defectiuis, ſed ex quieſcentibus eſt. Ad hanc eandem formam pertinent quatuor alia uerba לָקַח, לָתַע, יָנַח & יָקַף. Quæ omnia in prę terito,& in participiis Kal,& in infinitiuo, imperatiuo, & futuro Niphal, & in toto

 Piel,

Piel, Pual & Hitpaël nihil differunt a perfectis. Eſt autem obſeruandum. Primo; in futuro Kal,& Hiphil, ſi ſecunda thematis non ſit capax daghes debere ſub literis אֵיתָן conſtitui tſere, uel certe more perfectorum inflecti eiuſmodi futurum non abiecto nun, ut יֵחַת pro יִנְחַת יִנְאַף pro יֵאַף Quanquam multa reperiuntur, quæ poſſent daghes ſuſcipere,& nihilominus more perfectorum inflectuntur. Obſeruandum eſt etiam ſecundo, futurum horum uerborum interdum terminari in cholē more perfectorum ut יִפּוֹל pro יִפֹּל. Tertio, interdum excidere daghes ob euphoniam, & nullomodo defectum eius ſuppleri ut וַיִסְעוּ & profecti ſunt.

Coniugationes defectiuorum duplicantium ſecundam.

סַבּוֹתֶן:	סַבּוּ	KAL
Benoni	סַבּוֹתֶם	Præteritũ
סֹב	סַבּוֹנוּ	סַב
סַבִּים	סַבָּה	סַבּוֹתָ
סַבָּה	סַבּוֹת	סַבּוֹתִי
סבות:		

Infinitiuus	יָסֹבּוּ	סַבּוֹת:
הִסּוֹב	תְּסוּבּוּ	Paul
בְּהִסּוֹב	תָּסוֹב	סָבוּב
כְּהִסּוֹב	תְּסוּבִּי	סְבוּבִים
לְהִסּוֹב	תְּסֻבֶּינָה:	סְבוּבָה
מֵהִסּוֹב:		סְבוּבוֹת:
Imperatiuus	NIPHAL	Infinitiuus
הִכּוֹב	Præteritum	סוֹב
הִסַּבּוּ	נָסַב	בְּסוֹב
הִכַּבִּי	נְסַבּוֹתָ	כְּסוֹב
הִסַּבְנָה:	נְסַבּוֹתִי	לָסוֹב
Futurum	נָסַבּוּ	מִסּוֹב:
אֶסַּב	נְסַבּוֹתֶם	Imperatiuus
יִסַּב	נְסַבּוֹנוּ	סוֹב
תִּסַּב	נָסַבָּה	סוֹבּוּ
נִסַּב	נְסַבּוֹת	סוֹבִּי
יִסַּבּוּ	נְסַבּוֹתֶן:	סֹבֶּינָה:
תִּסַּבּוּ	Benoni	Futurum
תִּסַּב	נָסַב	אָסוֹב
תִּסַּבִּי	נְסַבִּים	יָסוֹב
תִּסַּבְנָה:	נְסַבָּה	תָּסוֹב
	נְסַבּוֹת:	נָסוֹב

HIPHIL

Præteritum

הֵסֵב
הֲסִבּוֹתָ
הֲסִבּוֹתִי
הֵסֵבּוּ
הֲסִבּוֹתֶם
הֲסִבּוֹנוּ
הֵסֵבָּה
הֲסִבּוֹת
הֲסִבּוֹתֶן:

Benoni

מֵסֵב
מְסִבִּים
מְסִבָּה
מְסִבּוֹת:

Paul

מוּסָב
מוּסַבִּים
מוּסַבָּה
מוּסַבּוֹת:

Infinitiuus

הָסֵב
בְּהָסֵב
כְּהָסֵב

imperatiuus

הָסֵב
הָסֵבּוּ
הָסֵבִּי
הֲסִבֶּנָה:

Futurum

אָסֵב
יָסֵב
תָּסֵב
נָסֵב
יָסֵבּוּ
תְּסִבּוּ
תָּסֵב
תָּסֵבִּי
תְּסִבֶּינָה:

HOPHAL

Præteritum

הוּסַב
הוּסַבּוֹתָ
הוּסַבּוֹתִי
הוּסַבּוּ
הוּסַבּוֹתֶם
הוּסַבּוֹנוּ
הוּסַבָּה
הוּסַבּוֹת
הוּסַבּוֹתֶן:

Infinitiuus

הוּסֵב

Futurum

אוּסַב
יוּסַב
תּוּסַב
נוּסַב
יוּסַבּוּ
תּוּסַבּוּ
תּוּסַב
תּוּסַבִּי
תּוּסַבְנָה:

Deſunt hoc loco, Piel, Pual, & Hitpaël, quia non inueniuntur niſi perfecta. Reliqua uero, quæ hic poſuimus ſæpe inflectuntur etiam more perfectorum ut סָבַב סָבַבְתָּ סָבַבְתִּי ſæpius tamen amittũt ſecundam thematis & loco eius inſigunt daghes in tertia, quando ſequitur aliqua alia litera; nam alioqui fruſtra poneretur, cum ſentiri non poſſet. Sunt hic etiam multæ exceptiones, quæ uſu & dictionarii adiumento facile cognoſcẽtur; interim tamen ad maiorem commoditatem hæc obſeruabis. Benoni Kal interdum reperitur cum cholem loco camets, ut תּוֹם pro תָּם.

Infinitiuus non ſemper habet cholem, ſed aliquãdo ſchurec, aliquãdo patach, aliquando etiam additum ת cum cholẽ ut שַׁמּוֹת, רַד, בּוּר In imperatiuo in quibuſdam uerbis inuenitur cametscatuph ut רָנּוּ. In futuro cholem aliquãdo mutatur in ſchurec, ut יָשׁוּר Quando accedit uau conuerſiuum, & accentus ponitur in penultima, uertitur in camets catuph, uel in chibbuts, ſed rarius ut וַיָּקָם וַיָּרָם Interdum præter omnem regulam

inueniт daghes in prima thematis, quod erat futurum in Secunda ut אֶקּוֹב num. 10. Præteritum Niphal ſub litera, נ, ordinarie habet camets, interdum tamen habet chiric ut נִחַר, ſub prima autem radicali habet ordinarie patach, ſed aliquādo etiam tſere, & aliquando cholem. In Benoni Niphal ſub prima thematis interdum inuenitur chirich ut נִסַבָּה.

In futuro Hiphil reperitur aliquando ſub literis אֵיתַן tſere ut תֵּחֵל pro תָּחֵל, aliquando patach ſequente daghes, ut יִסֵּב pro יָסֵב, aliquando ſub prima thematis eſt chiric ut יִשִּׁים

De verbis quieſcentibus. Cap. IIII.

Quieſcentia Pe Aleph:

תֹאכַל	תֹאכַל	KAL
תֹאכְלִי	נֹאכַל	Futurum
תֹאכַלְנָה:	יֹאכְלוּ	אוֹכַל
	תֹאכְלוּ	יֹאכַל

Quieſcen-

Quieſcentia Pe Iod.

		KAL
Benoni	תֵּשַׁבְנָה:	Infinitiuus
מוֹשִׁיב	NIPHAL	שֶׁבֶת
Paul	Præteritú	בְּשֶׁבֶת
מוּשָׁב	נוֹשַׁב	Imperatiuus
Infinitiuus	Benoni	שֵׁב
הוּשַׁב	נוֹשָׁב	שְׁבוּ
Imperatiuus	Infinitiuus	שְׁבִי
הוּשַׁב	הִוָּשֵׁב	שֵׁבְנָה:
Futurum	בְּהִוָּשֵׁב	Futurum
אוּשַׁב	Imperatiuus	אֵשֵׁב
HOPHAL	הִוָּשֵׁב	יֵשֵׁב
Præteritum	Futurum	תֵּשֵׁב
הוּשַׁב	אִוָּשֵׁב	נֵשֵׁב
Futurú	יִוָּשֵׁב	יֵשְׁבוּ
אוֹשִׁב	HIPHIL	תֵּשְׁבוּ
יוֹשִׁב	Præteritum	תֵּשֵׁב
&c.	הוֹשִׁיב	תֵּשְׁבִי

Quieſcentia Aijn vau, vel Iod.

		KAL
בָּנוּ	בַּנְתָּ	Præteritú
בַּנְתֶּם	בַּנְתִּי	בָּן

בַּנִּנוּ
בַּנּוּ
בָּנָה
בַּנְתְּ
בַּנְתֶּן:

Benoni

בֶּן
בָּנִים
בָּנָה
בָּנוֹת:

Paul

בּוֹן
בּוֹנִים
בּוֹנָה
בּוֹנוֹת:

Infinitiuus

בּוֹן
בְּבוֹן
כְּבוֹן
לָבוֹן
מִבּוֹן:

Imperatiuus

בּוֹן
בּוֹנוּ
בּוֹנִי
בּוֹנֶנָה:

Futurum

אָבוֹן
יָבוֹן
תָּבוֹן
נָבוֹן
יָבוֹנוּ
תָּבוֹנוּ
תָּבוֹן
תָּבוֹנִי
תְּבוֹנֶנָה:

Quieſcentium uerborum ſex omnino reperiuntur formæ. quædam enim habēt in prima thematis Aleph; quædam Iod; quædam habent in ſecūda thematis vau, quædam Iod; quædam habent in tertia thematis Aleph, quædam He. Ac prima quidem nulla in re differunt a perfectis, præterquam quod in prima perſona futuri Kal, amittunt, א, radicale, ne duo א, concurrant. Vbi etiam notandum eſt, propter uau conuerſiuum, & accentum in penultima exiſtentem, mutari

tari patach in ſegol, in tertia perſona futuri, vtriuſque generis, dicimus enim וַיְּאמֶר & וַתְּאמֶר pro וַיֹּאמַר & וַתֹּאמַר·

Quieſcentia uero Pe Iod in præterito, & participiis Kal, & in toto Piel, Pual, & Hithpaël, perfecta ſunt, in toto autem Niphal, Hiphil, & Hophal, mutant ſuum Iod in vau, aut mobile aut quieſcens, ac de cætero formam perfectorũ ſequuntur.

NIPHAL

Præteritũ
נָכוֹן
נְכוּנוֹתָ
נְכוּנוֹתִי
נָכוֹנוּ
נְכוּנוֹתֶם
נְכוּנוֹנוּ
נָכוֹנָה
נְכוּנוֹת
נְכוּנוֹתֶן:

Benoni
נָכוֹן
נְכוֹנִים

נְכוֹנָה
נְכוֹנוֹת:

Infinitiuus
הִכּוֹן
בְּהִכּוֹן
כְּהִכּוֹן
לְהִכּוֹן
מֵהִכּוֹן:

Imperatiuus
הִכּוֹן
הִכּוֹנוּ
הִכּוֹנִי
הִכּוֹנְּנָה:

Futrum
אֶכּוֹן
יִכּוֹן
תִּכּוֹן
נִכּוֹן
יִכּוֹנוּ
תִּכּוֹנוּ:
תִּכּוֹן
תִּכּוֹנִי
תִּכּוֹנֶנָה:

POEL
כּוֹנֵן
totũ perfectũ eſt.

HIPHIL

HIPHIL

Præteritũ

הֵבִין
הֵבַנְתָּ
הֵבַנְתִּי
הֵבִינוּ
הֲבַנְתֶּם
הֵבַנּוּ
הֵבִינָה
הֵבַנְתְּ
הֲבַנְתֶּן:

Præteritũ aliud.

הֲבִין
הֲבִינוֹתָ
הֲבִינוֹתִי
הֲבִינוּ
הֲבִינוֹתֶם
הֲבִינוֹנוּ
הֲבִינָה
הֲבִינוֹת
הֲבִינוֹתֶן:

Benoni

מֵבִין
מְבִינִים
מְבִינָה
מְבִינוֹת:

Paul

מוּבָן
מוּבָנִים
מוּבָנָה
מוּבָנוֹת:

Infinitiuus

הָבֵן
בְּהָבִין
כְּהָבִין
לְהָבִין
מֵהָבִין:

Imperatiuus

הָבֵן
הָבִינוּ
הָבִינִי
הָבֵנָּה:

Futurum

אָבִין
יָבִין
תָּבִין
נָבִין
יָבִינוּ
תָּבִינוּ
תָּבִין
תָּבִינִי
תְּבִנֶּנָה:

HOPHAL

Præteritum

הוּבַן
הוּבַנְתָּ
הוּבַנְתִּי
הוּבְנוּ
הוּבַנְתֶּם
הוּבַנּוּ
הוּבְנָה
הוּבַנְתְּ
הוּבַנְתֶּן:

Futurum

אוּבַן
יוּבַן

תובן

HITHPAEL	תּוּכַן	תּוּכַּן
הִתְבּוֹנֵן	תּוּכְנִי	נוּכַן
totum perfectũ ſicut	תּוּכַנְּנָה:	יוּבְנוּ
בּוֹנֵן		תּוּכְנוּ

Quieſcientia Aijn, in præterito & Benoni ĸal, triplicem habent formam. queɖam enim habent camets loco uau, ut in paradigmate כָּן, quædam habent tſere ut מֵת & hoc modo flectuntur.
מֵת מַתָּ מַתִּי מֵתוּ מַתֶּם מַתְנוּ מֵתָה מַתְּ מַתֶּן

Quædã habent cholẽ ut אוֹר & ſic flectuntur. אוֹר אוֹרְתָּ אוֹרְתִּי אוֹרוּ אוֹרְתֶּם
אוֹרְנוּ אוֹרָה אוֹרְתְּ אוֹרְתֶּן

In futuro autem exeunt ordinarie in ſchurech, tamen in pauſa illud mutatur in cholem. & cùm uau uerſiuo & accentu in penultima, in camets catuph; uel in patach, ſi ultima ſit gutturalis aut ר. In Niphal aliquãdo primum נ inuenitur cum tſere, ut נֵעוֹר. Obſeruandũ autem eſt, in his omnibus coniugationibus ſæpe mutari medium uau in Iod, & Iod in uau.

Quieſcentia Lamed Aleph.

ĸAL

KAL
Infinitiuus
מְצֹא
מְצֹא
מְצֹאת
NIPHAL
Infinitiuus
הִמָּצֵא
הִמָּצְאת

PIEL
Infinitiuus
מַצֵּא
מַצְּאת
PVAL
Infinitiuus
מֻצָּא
מֻצְּאת
HIPHIL
Infinitiuus
הַמְצִא
הַמְצִאת

HOPHAL
Infinitiuus
הָמְצָא
הָמְצָאת
HITHPAEL
Infinitiuus
הִתְמַצֵּא
הִתְמַצְּאת

Quieſcentia Lamed Aleph nihil differunt a perfectis niſi in infinitiuo, & idcirco ſolum infinitiuum retulimus in tabulas. Eſt autem obſeruandum ſæpe mutari in his uerbis א, in ה cum ſint hæ literæ cognatæ, & inter ſe mutabiles. Obſeruandum eſt etiam, in præterito, imperatiuo, & futuro, ſub ſecunda radicali eſſe camets, non patach, quia litera aleph quę immediate ſequitur, punctum longum requirit, in quo quieſcat. Obſeruandum poſtremo, interdum, quamuis raro, excidere literam aleph, eo modo quo excidit ה in uerbis quieſcentibus Lamed ה de quibus mox dicemus. quod autē Exod. 2 legi-

legimus קְרֶאןָ uocate a קְרָא irregulare eſt.dicendum enim fuit קְרֶאנָה

Quieſcentia Lamed He.

Kal

Præteritum
גָּלָה
גָּלִיתָ
גָּלִיתִי
גָּלוּ
גְּלִיתֶם
גָּלִינוּ
גָּלְתָה
גָּלִית
גְּלִיתֶן:

Benoni
גּוֹלֶה
גּוֹלִים
גּוֹלָה
גּוֹלוֹת:

Paul
גָּלוּי
גְּלוּיִם
גְּלוּיָה
גְּלוּיוֹת

Infinitiuus
גְּלוֹת
בִּגְלוֹת
כִּגְלוֹת
לִגְלוֹת
מִגְּלוֹת:

Imperatiuus
גְּלֵה
גְּלוּ
גְּלִי
גְּלֶינָה:

Futurum
אֶגְלֶה
יִגְלֶה
תִּגְלֶה
נִגְלֶה
יִגְלוּ
תִּגְלוּ
תִּגְלֶה
תִּגְלִי
תִּגְלֶינָה:

NIPHAL

